



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Iubilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Pars Tertia. De Iubilæo extraordinario, seu duarum hebdomadarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

PARS TERTIA,

*De Jubilao extraordinario , seu
duarum hebdomadarum.*

SECTIO PRIMA.

DE DURATIONE, PUBLICATIONE, ET
CONDITIONIBUS JUBILÆI EX-
TRAORDINARI.



QUEST. I. *Quanto tempo-
re duret Jubilæum extraor-
dinarium ?*

RESP. Communiter durat duas septimanas , post publicationem in quolibet loco factam. Dico, communiter: Quia non nulli Pontifices concessere aliqua Jubilæa , quæ longiori tempore durabant; ut videre licet apud Gobatum Tr. de Jubil. n. 63.

Q. 24

P. 3. S. 1. De duratione, publ. &c. 123

Q. 2. Quot dies importent duæ hebdomadæ concessæ pro lucrando Jubilæo?

R. Licet nomen hebdomadæ, seu septimanæ, septem tantum dies significet; unde duæ septimanæ in rigore tantum contineant quatuordecim dies: in re tamen morali maxima ratio habenda est communis sensus & usus hominum; secundum quem sensum & usum duas septimanas appellant quindecim dies.

Ex quo fit, ut duæ septimanæ contineant tres dies Dominicas, ita ut prima censeatur initium prioris hebdomadæ, postrema verò finis posterioris. Id ergo habet saltem benigna Doctorum interpretatio, accedente consuetudine Ecclesiæ. Ita P. Joannes de Dicastillo, annos 25. Theologiam professus partim Toleti & Murciæ in Hispaniâ, partim Vienæ in Austria, De Pœnit. tr. 9. disp. 2. n. 347. qui & non semel spatium istius Jubilæi, expressè dicit esse 15. dierum: secutus Patrem Layman, qui l. 5. tr. 7. c. 8. n. 7. sic concludit:

F. 2

Quam-

124 P. 3. De Jubilao extraordinario.

Quamobrem apparet, quod in hac materia favorabili, per duas hebdomadas, ad lucrandum Jubileum designari solitas, 15. dies comprehenduntur, in quibus tres Dominice sunt: quandoquidem Dominica ita considerari potest, ut non tantum sit initium hebdomadis sequentis, sed etiam finis praecedentis. Quâ consideratione, nos Germani uni hebdomadæ octo dies damus; at vero duabus hebdomadibus quindecim dare debemus. Sic Layman Theologia & Juris Canonici scientissimus.

Eidem consentit Castropalao Hispanus, rr. 24. pu. 12. §. 3. n. 2. de 15. diebus, & tribus Dominicis contentis in spatio duarum hebdomadarum. Idem sentit Antonius Cotonius Italus, l. 2. Controv. 12. n. 16. & 17. apud Gobatum n. 63. qui postremâ editione anno 1681. dicit, non recordari se quod fuerint minus assignati, quam 15. dies, illis duarum hebdomadarum 20. Jubilais, quibus intra annos 56. fruitus est in diversis Episcopatibus, ex quo gestar

S. I. De duratione, publicat. &c. 125
gestat vestem Religiosam. Unde
subdit :

Hanc rationem indicendi Jubilæi
(nempe assignando 15. dies, seu tres
Dominicas) tutò sequentur, ut arbi-
tror, alii Antistites, veluti jam saltem
communem, nec ignoratam ipsissimam
Nuntiis Apostolicis, utpote degentibus
in locis, in quibus est planè notorius hic
stylus.

Quindecim dies supponit Alphon-
sus Mendezius, Lusitanus, è Societa-
te J E S U, Æthiopiæ Patriarcha,
in suâ Theologiâ Catecheticâ, l. 10. c. 8.
n. 14. Supponit semel & iterum Bo-
nacina Mediolanensis, vir spectatissi-
mæ doctrinæ, de Indulgentiis : suppo-
nit & Bassæus v. Jubilæus : Raymun-
dus Bonal Doct. Gallus, Theolog. mo-
rali gall. sibi editâ, tr. 28. lect. 52. &
53. n. 1. Simon Pourré, Minimus Gal-
lo-Belga, libro gallico de Indulgentiis p.
2. c. 9. n. 18. Jubilæa extraordinaria
nuncupat 15. dierum.

Certè antiquiores nostri non me-

F 3 mi-

126 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
minerunt, in Belgio, in publicatione
Jubilæorum, duas hebdomadas aliter
intellectas quam spatium 15. dierum.
Et verò etiam Illustrissimus ac
R. mus D. de Choiseul-Praslain, Ju-
bilæum Innocentii XI. anno 1683. 13.
Aug. publicatum Romæ, publicavit
in hac suâ Diœcesi Tornacensi 1684.
in Januario, sicut ut inciperet die 23.
in quem incidebat Dominica tertia
post Epiphaniam, & finiretur 6. Fe-
br. in quem incidebat Dominica Se-
xagesimæ; atque ita durabat 15. dies
integros; ut etiam expressè ponebat
ipse Illustrissimus. Et anno 1694.
pro Jubilæo Innocentii XII. feliciter
Ecclesiam gubernantis, indicto Ro-
mæ 7. Septembr. 1693. & anno 1696.
pro Jubilæo ab eodem Pontifice in-
dicto Romæ 3 Decembris 1693. utro-
que pro Pace obtainendâ, quam tan-
dem concedere dignatus est dominus
Deus Author Pacis anno 1697. pro il-
lis, inquam Jubilæis indicti sunt dies
15. in pluribus Belgii Diœcesibus, et
iam Trevirensi.

Nec

Nec parum ad id etiam facit, quod Gregorius XIII. declaraverit ad instantiam Patrum Societatis JESU, posse intra Dominicam tertiam fieri confessionem & communionem, reddens rationem, quod dies Dominica habetur pro complemento hebdomadæ transactæ, in qua jejunatum est; ut resertur apud Dianam p. 2. tr. 1. miscel.

R. 28. qui & id tenet cum aliis non paucis: & est talis usus Fidelium, ait Card. de Lugo, De Pœnit. disp. 27. n. 107. qui n. 106 dicit contra P. Joannem de Salas, primâ Dominicâ, quâ indicitur Jubilæum, posse fieri confessionem & absolvi à reservatis, citatque Filliucium Pœnitentiarium, cuius verba referemus Sect. 10. q. 3.

Et debet ita fieri (pergit Lugo) juxta Ecclesiæ morem, quæ hebdomadam semper incipit à die Dominicâ, unde sequentem diem appellat Feriam secundam; quia illa jam est secunda hebdomadæ dies. Cùm ergo assignet unam hebdomadam singulis ad lucrandum Jubilæum, debet intelligi de

128 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
hebdomada Ecclesiasticâ, quæ incipit à Do-
minicâ. Hæc Lugo.

Facit & plurimùm pro 15. diebus
intelligendis per duas hebdomadas,
quòd Jubilæum Alexandri VIII. an-
no 1691. cœperit Romæ 18. Novem-
bris, in quem diem incidebat Domi-
nica 24. post Pentecosten, & finierit
2. Decembris, in quem diem incide-
bat Dominica prima Adventus, at-
que ita comprehendenterit 15. dies. Ita
de duratione illius Jubilæi, unus è
Nostris in Romano Collegio tunc
commorans, rescripsit cuidam Patri
Collegii Insulensis. Atque idem ille
Româ in Gallo-Belgicam redux, mi-
hi roganti confirmavit anno 1694.
sub exeunte Septembrem : addi-
ditque tantundem durasse Jubilæum
anno 1693. ab Innocentio XII. indi-
ctum.

Denique rogatus unus è Patribus
Deputatis à nostrâ Provinciâ Gallo-
Belgicâ ad Comitia generalia Romæ
habenda anno 1696. ut dignaretur
inqui-

S. i. De duratione, publicat. &c. 129
inquirere Romæ à Patribus nostris,
quot dierum soleat esse Romæ Jubi-
læum, an non 15. dierum completo-
rum? Reversus inde, retulit mihi, esse
15. dierum.

Q. 3. Quorum est publicare ista Ju-
bilea?

R. Romæ publicat, seu publicari
facit, qui solus concedit, Summus
Pontifex. Idem gravibus verbis præ-
cipit omnibus Ecclesiærum Prælatis,
eorumque Vicariis, & Officialibus,
vel, iis deficientibus, illis qui curam
Animarum exercent; ut per suas Ec-
clesias, & Diœceses, Provincias, Ci-
vitates, Oppida, Terras, & Loca,
publicent, & publicari faciant, Ec-
clesiamque, seu Ecclesiæ visitandas
designent.

Q. 4. Quandnam debeant Ordinarii
publicare Jubilæum?

R. Solent Pontifices præcipere &
mandare illis, ut cùm Jubilæi Litte-
rarum transsumpta, aut exempla et-
iam impressa acceperint, statim absque

F s

ullâ

130 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
ullâ morâ, retardatione, &c. nempe
moraliter & civili modo, publicari
faciant, designent Ecclesiæ visitan-
das, &c. ut ad. q. præc.

Nihilominus, si absque rationabili
causâ diutiùs differrent Ordinarii
publicationem, videtur valitum
etiam tunc Jubilæum: neque enim
Bullæ usquam indicant, illam prope-
ratam Jubilæi publicationem esse
conditionem necessariam ad lucran-
dum Jubilæum; qualis conditio est
executio operum in Bullis præscri-
ptorum.

Possunt verò Ordinarii duas Jubilæi
hebdomadas curare inchoari quo-
cumque die septimanæ, prout occur-
sus Festorum, aut alia prudens ratio
suggererit. Siquidem Bullæ nihil hic
determinant: convenit tamen ita
inchoari illas hebdomadas, ut prima
incipiat à Festo, & secunda definat in
Festo. Gobat n. 69. & seqq.

Q. 5. An publicario ista debeat fieri eorū
dem tempore pro tota Diœcesi?

R. Ita

S. I. De duratione, publicat. &c. 131

R. Ita planè existimat Illustrissimus
Dominus Pax Jordanus, Elucubr. vo-
lum. I. sic scribens: Ex verbis illis,
persuas Ecclesias, Diœceses, Oppida, Ter-
ras, &c. manifestè appareat, eodem
tempore publicationem faciendam
pro Civitate & Diœcesi: non autem,
ut alicubi factum memini, elapsso
tempore Civitatis, publicare pro
Diœcesi; hoc enim directè censetur
contra intentionem Papæ, verbis su-
præ dictis expressam. Hæc sapientissi-
mus Episcopus, laudatus à Gobat n. 71.

Verum, cùm Pellizarius Tract. de
Monialibus cap. 9. n. 21. §. An autem
Ordinarius &c. scribat, quòd in aliqui-
bus Diœcesibus non publicatur eo-
dem tempore pro incolis Civitatis,
& pro degentibus in Oppidis & Vil-
lis, sed pro his solum publicatur post
elapsam unam hebdomadam à die,
quâ fuit publicatum pro incolis Ci-
vitatis (idque, etiamsi eodem
tempore posset commodè publicari
tam pro Civitate, quàm pro Oppidis

132. P. 3. De Jubilao extraordinario.
ac Villis illius) & alias in Bullâ Jubi-
læi dici soleat , ut Ordinarii statim
absque ullâ morâ &c. publicent & publi-
carifaciant Jubilæum : & hoc ex ali-
quâ causâ occurrente dictis Ordina-
riis , præbente justam causam inter-
pretandi clausulam illam statim cum
aliquâ latitudine ; indeque inferat
Pellizarius , videri quod Ordinarius
quoad Moniales possit paulò tardiùs
publicare Jubilæum ad effectum ut
commodius ac utilius uti possint be-
neficio Confessarii extraordinarii , ex
interpretativo consensu Papæ Jubi-
læum concedentis ; maximè cùm
clausula illa statim &c. in Litteris Ju-
bilæis excludat negligentiam Ordi-
niorum , non autem dilationem
temporis ex causâ , ut notavit Bordo-
nus ab ipso Pellizario consultus , qui
cum eo sentit unà cum Baldello , Po-
lacco , & aliis doctis Recentioribus
itidem consultis : Præterea cùm in-
telligam ita fieri alibi , & certissimâ
atque experimentaliter notitiâ sciam
ita

S. I. De duratione, publicat. &c. 132
ita factitari à quodam Ordinario,
publicante scilicet Jubilæum prius
in uno loco, posteà in alio;

Hæc, inquam, cùm ita sint, non vi-
detur reprobandus. mos iste publi-
candi Jubilæum diversis temporibus:
in diversis locis ejusdem Diœcesis.
Caterūm altera praxis publicandi si-
mul respectu totius Diœcesis, est
communissima, & videtur confor-
mior menti concedentis.

Q. 6. Quid concedant? quid prescri-
bant Bullæ Jubilei extraordinarii?

R. 1. Concedunt Indulgentiam
plenariam, facultatem eligendi Con-
fessarium, qui à peccatis & censuris
omnibus absolvat, & vota commu-
teret.

R. 2. Nullas Indulgentias aut facul-
tates auferunt, aut suspendunt.

R. 3. Prescribere solent Proces-
sionem, aut visitationem Ecclesie
vel Ecclesiarum, Orationem in illâ
vel illis, Jejunium, Confessionem,
Communionem, Eleemosynam.

F. 7.

Q. 7.

Q. 7. An possit Ordinarius plura praescribere pro consequendo Jubilao , quam Pontifex prescrisperit ?

R. Negativè, cum communioneque potest arctare libertatem, v. g. prescribendo ut fiat Communio tali Feria, ut omnes faciant omnia opera intra unam tantum hebdomadam, &c. Neque enim inferior potest tollere , aut minuere favores & privilegia concessa ab ejus Superiore, præsertim alicui Communitati. Argum. Cap. Cùm inferior, de Major. & Obed.

Unde, si forte Ordinarius arctasset limites positos à Summo Pontifice , possent nihilominus Diœcesani lucrari Jubilatum , modò faciant ea, quæ, quo tempore & modo Pontifex concessit & prescripsit.

Q. 8. An possit Superior Communitatis Religiosæ decernere, ut omnes sibi subditi eadem septimanâ peragant opera requisita ?

R. Posse, atque adeò præcipere, exigente utique recto ordine disciplinæ

S. 2. De subjecto, seu capaci. 135
plinæ domesticæ, vitæque communis,
uniformitate , tantoperè à summis
Pontificibus commendatâ. Atque id
statuere potest pro suis domesticis
Paterfamilias. Pourré, De indulg. p. 2.
c. 8. n. 10. cum Bordono.

Similiter potest Superior injunge-
re, ut unicam ex Ecclesiis disjunctivè
designatis visitent, eamque Monaste-
rio vicinorem , ne diutius absint,
evagentur, &c.

SECTIO II.

DE SUBJECTO, SEU CAPACI JUBILÆ.

QUEST. I. Quis lucrari possit Jubi-
laum?

RESP. Omnis & solus Christianus,
rationis compos, non ligatus excom-
municatione majore ; ut haber com-
munis : quia hæc privat communions
bonorum spiritualium. Solet ramen
concedere Pontifex facultatem quo
cumque absolvendi ab omni censurâ,

exce-

136. P. 3. De Jubilæo extraordinario.
exceptis iis qui ab ipsomet Pontifice
& Apostolicâ Sede , vel ab aliquo
Prælato, seu Judice Ecclesiastico, ex-
communicati, suspensi, interdicti, &c.
declarati, vel publicè denuntiati fui-
sent, nisi infra tempus Jubilæi satisfe-
cerint, aut cum partibus concordave-
rint.

Ut autem lucretur quis Jubilæum,
exequi debet opera omnia præscri-
pta, eo modo & tempore, quo injun-
git Pontifex concedens. Quare Bul-
lam Jubilæi consulat, ut quid inten-
datur & præscribatur pro illo conse-
quendo , intelligat, & conformiter
exequatur.

Q. 2. An sit capax Jubilæi , qui non
fuerit præsens publicationi ?

R. Si initio non fuerit præsens in
loco, ubi publicatum est Jubilæum;
si tamen posteà adveniat, ubi publi-
catum est , potest ibi lucrari Jubilæ-
um. Quia per præsentiam statim ac-
quirit jus ad illud lucrandum , cùm
præmulgatio semper perseveret.

Unde,

S. 2. De subiecto, seu capaci. 137

Unde, licet adveniret feria quin-
ta, posset petere & obtainere commu-
tationem jejunii feriae quartae in aliud
opus, & prosequi faciendo alia opera
requisita. Quod etiam verum crede-
rem (ait Card. de Lugo n. 125. &
merito) licet ipso Sabbatho adveni-
ret: Quia tunc potest commutatio
jejunii subrogare alia opera, visitare
Ecclesias, ac confiteri, & die sequenti
Eucharistiam sumere.

Q. 3. An, qui tempore publicationis
Jubilai, ex invincibili ignorantia illius
notitiam non habuerit, possit transacto
tempore lucrari intra duas hebdomadas à
die notitiae?

R. Aliqui approbat à Dianâ p. 3.
tr. 4. R. 151. §. Notandum, & Coto-
nius cum aliis apud Gobatum Tr. de
Jubil. n. 65. & 91. fine; item Alloza
v. Indulgentia, Sect. 4. n. 19. Busen-
baum De satisfact. per indulg. sub finem,
Arsdekin, affirmant. Verum Lugo n.
119. dicit, nunc, stante clausulâ Bullæ,
non posse: Quia solis navigantibus
& iter

138 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
& iter agentibus conceditur proro-
gatio : cæteris autem impeditis con-
ceditur, ex facultate Confessarii, ope-
rum prorogatio vel commutatio.

Q. 4. An Civis Insulensis extra Dia-
cesim existens, dum in ea promulgatur Ju-
bilæum, possit, elapso ipsius Jubilæi tempo-
re reversus, idem lucrari Insulis?

R. Affirmativè, si fuerit absens
tanquam peregrinus, seu navigans
aut iter agens. Patet ex verbis Bullæ,
quibus concedit Pontifex ut navi-
gantes aut iter agentes, cùm primùm
se se ad sua domicilia receperint, per-
actis iis quæ præscribuntur, visitatâ
Ecclesia Cathedrali, vel Majori, aut
Parochiali loci ejusdem domicilii ;
eandem Indulgentiam consequi pos-
sint & valeant.

Perly Cùm primùm, non prohibe-
tur quò minus quis, post suum redi-
tum, duas hebdomadas integras, à
reditu suo proximas, felicitat sibi per-
ficiendis operibus præscriptis. Nam
Pontifex vult ut unusquisque habeat
dua.

S. 2. De subjecto, seu capaci. 139

duarum hebdomadarum spatium, in quo cum quiete & devotione possit se præparare; inquit Lugo n. 123. & cum eo Gobat n. 88.

Quare, licet in loco publicationis fuisset per totam primam hebdomadam, & in dimidio secundæ hebdomadæ iter agat; poterit, finito itinere, Jubilæum lucrari. Item, licet ultimo die primæ, vel secundæ hebdomadæ, iter ingrediatur: Quia nec tunc habet hebdomadam completam, ad quietem & devotionem requisitam. Lugo *ibid.* Gobat n. 90.

Q. 5. An teneatur ratione Jubilæi quis differre iter?

R. Negativè. Nam Bulla sine distinctione offert gratiam iter agentibus. Gobat *ibid.* sub finem.

Q. 6. An omnes peregrini & advenæ potiri possint Jubilæo concessu illi loco, in quo versantur?

R. Affirmativè. Probat praxis: & quidem, sive perveniat ad istum locum ante, sive primum post publicationem.

Ratio

Ratio est : Quia per præsentiam tuam in isto loco, statim acquiris jus; cum promulgatio facta perseveret semper, proindeque habeat tantas vires, quantas, si fieret præsente te. Lugo n. 126. Gobat n. 87. & 90.

Unde, si tantum per medium diem peregrinus aut viator intra binas hebdomadas fueris in loco, in quo promulgatum est Jubilæum, poteris perinde ut incolæ loci, partem aliquam, v. g. visitationem Ecclesiarum, elemosynam, &c. perficere, reliqua autem opera alibi, continuando tuum iter, aut petere commutationem, si impedimentum occurrat.

Q. 7. An possit quis lucrari bis Jubilæum, seme in primâ, & iterum in secundâ hebdomadâ, utrâque septimanâ praestando opera præscripta?

R. Filliarius tr. 8. n. 261. respondet cum Navarro Natab. 32. n. 46. Henriquez l. 7. c. 11. n. 1. Sa v. Indulgentia n. 6. probabilius videri quod possit, præcipue quia beneficium Principis tertio

tertio non præjudiciale latissimè interpretandum est; & quia istud magis favet Fidelium pietati, devotioni, & sensui: Quia tamen, inquit, hoc mensse Mayo anni 1620. declaravit sacra Congregatio, tantum semel acquiri Indulgentiam per Jubileum, & semel tantum à casibus absolviri quempiam posse; huic declarationi standum erit. Ita ille, qui & n. 278. dicit, referri Clementem VIII. idem declarasse.

Nihilominus, quia nihil authentice de istâ utrâque declaratione innotuit, cum & Sanctarellus ac Lezana, qui posteà ipsi quoque Romæ scripsierunt, nihil de illâ sciverint, ipseque Lugo, *De Pœnit. disp. 27. n. 121. & seq.* tacite fateatur, se de eâ nihil scire, & asserat probabilem esse sententiam affirmantem Navarri, Henriquez, & aliorum multorum apud Dianam p. 3. tr. 4. R. 151. Afferunt Amicus, *De Pœnit. disp. 20. n. 243.* Pourié lib. gallico *De Indulg. p. 2. c. 9. fine,* Gobat n. 92. & 478. cum eodem Navarro,
San-

142 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
Sanctarello, Lezanâ, Diana p. 5. tr. 12.
R. 28. & aliis multis, videri probabi-
liorem affirmativam, cum sit confor-
mior Bullæ, quæ non restringit ad
unam vicem. Et ita etiam tenent
Lessius in 3. p. De Indulg. dub. 9. citans
Angelum, Rosellam, & alios; Præpo-
situs n. 96. Pellizarius Tract. de Monia-
libus c. 9. n. 20. §. Moneo 12. De Rho-
des Sect. 5. n. 5. Arsdekin.

Ethæc sententia affirmans, maxi-
mè vera est in casu, quo, obtento in-
tuâ Patriâ Jubilæo, accedens ad alium
locum, in quo illud celebratur, denuò
perficis opera præscripta. Diana p. 3.
supra, cum Sanctarello, & Ugolino :
Gobat n. 94. contra De Lugo n. 122,
& Allozam v. Indulgentia Sect. 4. n. 19.
qui tamen n. 20. & ipse Lugo, ad-
mittunt, si noluisti Jubilæum in tuâ
patriâ consequi, posse te in aliâ, ubi
promulgatum est, opera præstanto
lucrari.

Rectè autem pro praxi, valdè no-
candum monet Dicastillo, De Pœnit.

tr. 94

S. 2. De subjecto, seu capaci. 143
tr. 9. disp. 2. n. 340. quod, cum sententia de obtinendo bis Jubilao sit certa & solidè probabilis, atque ad absolutionem tum à censuris, tum à peccatis sufficiat sententia certa & solidè probabilis, (ut etiam ipse docuit tr. 8. disp. 10. dub. 8. & nos P. I. Sect. 1. q. 9.)
R. 2.) valitura sit absolucion.

Q. 8. Quid de aliis Indulgentiis in forma Jubilaei concessis, seu plenariis?

R. Eadem pro illis, quæ pro Jubilao, militat ratio; adeoque videntur posse etiam bis seu saepius obtineri, bis aut saepius repetitis operibus injunctis. Gobat n. 95. & 134.

Excipe, nisi Pontifex addat limitationem; prout addidit in illâ, quam sub finem anni 1646. dedit Societati JESU, dicens posse tantum semel obtineri. Similiter in Indulgentiâ plenariâ, quæ in templis ejusdem Societatis viget triduo Antecineralium, addiderunt Innocentius X. ejusque Successores, non nisi semel posse ab ullo obtineri.

Et

Et Sacra Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis præposita, Decreto edito 7. Martii 1678. probante Summo Pontifice, sancivit, semel dumtaxat in die plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam, aut aliud pium opus peragentibus, lucrifieri.

Q. 9. An lucratus Indulgentiam Jubilæi primâ hebdomadâ, possit (suppositâ opinione, quod possit bis obtineri repetendo opera præscripta) secundâ lucrari pro Defunctis, seu, iis applicare?

R. Negativè. Nulla enim Indulgentia potest (saltem auctoritate à quæ efficaci ac Pontificiâ) applicari Defunctis, nisi Authorillus faciat expressè potestatem applicandi. S. Thomas in 4. dist. 45. q. 2. ar. 3. questio 2. Pontifex autem nullam facit potestatem Indulgentiam istam applicandi Defunctis. Navarrus, De Jubil. Notab. 22. n. 1. Gobat, De Jubil. n. 331. & De Indulgencij n. 266.

Petes, cur addiderim parenthesis,
saltem

S. 2. De subjecto, seu capaci. 145
saltem auctoritate eque efficaci ac Pontifi-
ciâ?

R. Quia Gobat, De Indulg. P. 2.
cap. 21. quamvis nullum prævium
Authorem reperisset, qui tractaret,
An non posset quis privatâ propriâque au-
uthoritate, suammet Indulgentiam Deo pro-
Defunctis eque offerre, ac potest jejunia,
disciplinas, &c. & assereret; ipse ta-
men aliquando respondit, videri id
sieri posse licite & fructuosè, non qui-
dem applicatione, infallibilem (ex
ordinariâ Dei lege) effectum haben-
te, ac fundatâ in potestate Pastorali,
seu Clavium; sed applicatione fun-
datâ in solâ Dei liberali acceptatio-
ne, & quæ etiam pendeat ab iis con-
ditionibus, à quibus efficaciam ora-
tionis pendere tradunt Doctores, post
S. Thomam 2. 2. q. 83.

Isti autem Resolutioni speciatim
refragati sunt Diana, Cotonius, &
Burghaber, Centur. I. casu 72. quorum
tamen rationibus conatur satisfacere
Gobatus, & rem ulterius aliis exami-

G

nan-

146 P. 3. De Jubilao extraordinario.
mandam remittit. Idem Gobatus cap.
seq. pulchrè ostendit, quomodo De-
functis applicari possint, & prodesse
Indulgentiæ.

Q. 10. An peccet, qui omittit lucrativum
Jubilæum?

R. 1. Qui omittit ex contemptu,
peccat mortaliter; sicut qui contem-
nit Consilia Evangelica, & ex con-
temptu illa non servat.

R. 2. Qui omittit ex causâ gravi &
rationabili, non peccat. Ubi enim non
est lex, nec prævaricatio. Rom. 4. 15.

R. 3. Omittere ex quadam animi
remissione aut negligentia, non vide-
tur (inquit Suarez to. 4. de Relig. De
Instituto Soc. J E S U, l. 9. c. 5. n. 15.) esse
per se, & ex objecto, ullum peccatum: sicut
nec omittere Divina Consilia. Tamen, mo-
raliter loquendo, si homo sciens & videns,
ac directâ voluntate omittat, vix fiet sine
ullâ culpâ, vel quia est quasi prodigalitas
quadam bonorum spiritualium; vel quia
turpis est pars, quæ non consentit toti:
quod etiam moraliter non fit sine aliquo
scanda.

S. 3. De executione operum. 147
scandalο; vel quia homo est nimis negligens in subveniendo spiritualiter communione, propter quod tales gratiae conceduntur. Hactenus Suarez.

SECTIO III.

DE MODO, TEMPORE, ORDINE, ET LOGO EXECUTIONIS OPERUM.

PRÆSCRIPTORUM.

QUEST. I. An opera prescripta debant perfici ab eo, qui lucraturus est Jubilaum, sic ut non possint per alium fieri pro illo?

R. Ita debere fieri. Navarrus, Natab. 22. n. 2. Suarez, to. 4. in 3. p. disp. 52. sect. 7. Filiucius, tr. 8. n. 161. Lugo, disp. 27. n. 86. & alii communiter.

Ratio est: Quia non est à proprietate verborum recedendum. E. Non aliter, ff. De Legatis & Fideicommiss. 3. Propriè autem & verè non jejunat, orat, confitetur, communicat, visitat

G 2 Eccle-

148 P. 3. De Jubilæo extraordinario.

Ecclesiæ, qui non per se, sed per alium ista facit. Eleemosynam tamen sufficit dare per famulum : quia ita faciens, censetur moraliter & propriè dare.

Q. 2. Quandonam sint peragenda opera?

R. Intra tempus præscriptum in Bullâ hujus Jubilæi , adeoque intra duas hebdomadas: communiter enim pro isto conceduntur duæ tantum septimanæ. Confessionem tamen posse fieri uno alteròve die ante inchoationem Jubilæi , censem Layman & alii, ut dicetur *Sed. 7. q. 3.*

Q. 3. An omnia opera præstari debeant intra unam eandemque septimanam?

R. Affirmant Henriquez l. 7. c. II. n. 2. Sanctarellus c. 7. d. 1. & alii: & hæc quidem sententia est omnino tutior, & ferè Fidelibus in praxi , & suadenda, eamque in suis Diplomaticis publicationis Jubilæi sectantur aliqui Ordinarii, exprimentes omnia opera peragenda esse intra unam eandem septimanam.

Ni-

Nihilominus probabilior est opinio contraria: quam cum aliis tenent Layman c. 8. n. 10. Bonacina, *De Sacram. disp.* 6. q. 1. pu. 5. n. 34. Joannes Præpositus n. 87. Petr. Marchantius, *Tribun. Sacram. to.* 1. tr. 2. tit. 2. q. 10. dub. 12. fine, Diana, p. 3. tr. 4. R. 153. & p. 5. tr. 12. R. 24. apud quem testatur Naldus, respondisse consultos Patres sacræ Pœnitentiariæ, posse partem operum impleri in primâ hebdomadâ, & partem in secundâ.

Certè ex verbis Bullarum, saltem recentiorum, adeoque & novissimarum Innocentii XII. videtur solum haberi, jejunia, & confessionem, ac communionem, facienda intra unam eandemque septimanam; (de his tamen aliquid posteà, agendo de singulis) cætera verò, scilicet visitationem Ecclesiæ, & orationem, atque elemosynam, posse fieri alterâ.

Q. 4. Quibus diebus perficienda sunt opera?

R. Iis, quibus mandantur. Doctores

G 3

com-

150 P. 3. De Jubilao extraordianario.
communiter. Quare non satisfaceret,
qui non feriâ quartâ, sed feriâ quintâ
jejunaret: quia Bulla exprimit jejunia
feriæ quartæ, sextæ, & sabbathii.

Q. 5. Quo ordine peragenda opera?

R. Eodem, quo mandantur. Vix
tamen unquam præscribitur certus
ordo operum inter se, nisi quandoque
in Confessione & Communione, ut
dicetur suis locis. Quare communi-
ter nil interest, utrum præscriptorum
operum alteri præponatur.

Unde, et si (inquit Layman cap. 8,
n. 7. §. Nunc probatur) in Bullâ Pontifi-
ciâ dicatur, ut qui de peccatis confessi,
trina jejunia, eleemosynam, & Ecclesia
visitationem peregerint, Indulgentiam lu-
centur: commodus tamen, & valde usi-
tacus sensus est, ut, si hac omnia quocum-
que tandem ordine impleta fuerint, Indul-
gentiam consequi liceat. Atque similes lo-
quendi modos reperies in L. ult. ff. Man-
dati, & Cap. Licet ex quadam, De testi-
bus.

Q. 6. Quo in loco præstanta sunt opera?

R.

R. Et si securius sit, in loco promulgationis Jubilæi, opera omnia perficere: tamen absolute, dummodo fiat visitatio Ecclesiarum designatarum in illo loco, reliqua opera præstari possunt alibi.

Ratio est: Quia in formâ concessio-
nis nullo modo præscribitur, omnia
opera præstanda esse in loco, ubi Jubi-
læum fuerit publicatum; neque id
expediens esse videbatur: cùm nul-
lam specialem dignitatem opera in-
juncta acquirant ex eo quod in loco
publicationis fiant potius quam in
alio: eundem siquidem finem reti-
nent consequendi Jubilæi. Layman
c. 8.n.11. Bonacina disp. 6. de Indulg. q.
1. pu. 5. n. 35. Castropalao pa. 12. §. 3. n.
21. Lugo n. 124. & seqq.

Q. 7. Quid, si Diœcesanus Tornacen-
sis, statim post promulgationem Jubilæi in
Diœcesi Tornacensi, incipiat partem ope-
rum exequi, & nondum omnibus peractis,
veniat in locum Diœcesis Atrebaten-
sis, putat Armenteriam, ubi etiam sit promulgatum,

152 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
ibique reliqua exequatur; An lucrabitur
Jubilæum?

R. Si solum visitavit Ecclesiæ de-signatas ab Ordinario Tornacensi, potest reliqua omnia peragere in Diœcesi Atrebatensi, ut & alibi, et si nondum esset ibi promulgatum; & ita lucrari Jubilæum. Si in eadem Diœcesi Tornacensi jejunavit quidem feria quartâ, aut etiam feria sextâ, & ibidem fecit eleemosynam, sed Ecclesiæ illuc designatas non visitavit; visitandæ erunt Ecclesiæ designatæ ab Ordinario Atrebatensi, si pro Jubilæo designandæ sint; & repetenda erunt jejunia & eleemosyna, quæ in Tornacensi facta fuerint, aut petenda commutatio: quia promulgatio Atrebatensis non dat illi jus lucrandi Jubilæum per opera alibi præstata ante presentiam sui in loco promulgationis. Quod si in Atrebatensi promulgatum non esset, aut si expirasset tempus, nihil obtinebit. Poterit tamen reversus in suam Diœcesim Tornacen-

nacensēm, lucrari Jubilæum eā ratio-
ne, quā alii iter agentes, ut dictum est
Sect. 2. q. 4. Vide Lugon. 127. Go-
bat. n. 90.

SECTIO IV.

DE PROCESSIONIBUS, VISITATIONE
ECCLESiarum, ET ORATIONE.

Q UÆST. I. *An sit gravis obligatio
indicendi Processiones? & quot?*

RESP. I. Si Pontifex in Bullâ Ju-
bilæ, ut Innocentius X. anno 1648. in
virtute sanctæ obedientiæ districte
præcipiat atque mandet Ordinariis
locorum, & curam Animarum exer-
centibus, ut Cleris & Populis sibi
subjectis solemnēs Processiones &
Supplicationes indicant; haud dubiè
mortaliter delinqueret Ordinarius,
aut, eo deficiente, curam Anima-
rum exercens, qui nullam indiceret.
Patet ex gravitate præcepti & mate-
riæ, praxi etiam receptâ. Non

G s vide-

154 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
videtur tamen idcirco periclitatu-
rum Jubilæum: Quia Jubilæum non
offertur sub conditione indicenda
Processionis; & quia nemo absolutè
tenetur interesse Processioni, sed
tantum sub disjunctione, ut mox di-
cam ad Q. 2.

R. 2. Et h̄i bulla mander singulis Or-
dinariis, ut Processiones indicant;
absolutè tamen videtur sufficere, si
unam indicant, nisi Bulla exprimat
plures. Tum quia, ut in illâ Bullâ In-
nocentius loquens de Fidelibus extra
Roman existentibus, ait: *Qui Pro-
cessioni indicendæ, & agendæ interfuerint:*
tum quia talis videtur esse praxis
plurium locorum, teste Gobato n.
121. qui dicit, penes se esse duo Diplo-
*mata duorum Episcoporum Diœce-*sis Brixiensis, quibus notificantur Pa-**
rochis, &c. Jubilæa Pontificia; &
tamen non jubentur Parochi insti-
tuere, nisi unam Processionem.

Nec obstat, quod Bulla jubeat in-
dici Processiones. Nam si à singulis Pa-
rochis

rochis indicantur siugulæ, possunt re-
ctè dici esse indicæ Processiones in
plurali numero.

Q. 2. An, & quomodo oporteat inter-
esse Processioni?

R. 1. Nemo absolutè tenetur in-
teresse. Nam Bullæ ita loquuntur :
*Qui Processioni interfuerint, aut Eccle-
sias &c. visitaverint. Sufficit itaque
alterutrum.*

Nota, quod si Pontifex decernat
quidem Romæ Processionem, vel vi-
sitationem Ecclesiarum, aut saltem
unius Ecclesiæ, aliis autem extra Ro-
mam existentibus nullam injungat
Processionem, sed solum visitatio-
nem Ecclesiæ aut Ecclesiarum, ab Or-
dinario designandarum (ut in Bullis
Innocentii XII. & in aliis multo-
rum Prædecessorum ;) attamen
Ordinarius ad promovendam pietate-
m decerneret Supplicationem :
qui tali Processioni interesset, non li-
beraretur ab obligatione visitandi
Ecclesiam: Quia videlicet Pontifex

G 6

statuit

156 P. 3. De Jubileō extraordinario.
statuit non Processionem, sed visita-
tionem Ecclesiarum.

R. 2. Qui interest Processione, de-
bet, ut satisfaciat, interesse de votis; ut
expressè habent Bullæ Innocentij
XII. & alia.

Q. 3. An sufficiat antecedere; an vero
Crucem debeat sequi lucraturus Jubi-
leum?

R. Sufficit sequi vel antecedere
Clerum: Quia, moraliter loquendo,
censeretur confidere unum corpus sup-
plicationis. Et talis etiam est praxis.

Q. 4. An sufficiat, aliquanto tempore
ante vel post supplicationem, spatium de-
currere Processionis?

R. Sufficit, modò non sit nimia in-
tercapedo inter Clerum & præceden-
tes vel subsequentes, ita, ut possit dici
unum corpus morale supplicationis:
de quo corpore non videntur esse,
qui aliquot horas præcedunt, vel
subsequuntur; videntur autem esse,
qui una platea, vel uno quadrante
distant plus minus, aut etiam majori

tem-

tempore, sed aliis & aliis semper subsequentibus, ita ut non censeatur Processio moraliter discontinuari.

Q. 5. An necessario è templo egredendum, & ad illud redeundum?

R. Negativè. Dicunt enim Doctores, quod omittere partem levem operis injuncti (qualis est octava pars Sacri injuncti) non officiat Indulgentiaz consequenda. Hade similiter hic: qui inciperet à secundâ plateâ, vel finiret antequam templum reintraret, videtur satisfacere. Neque enim est de essentiâ, è templo egredi, vel ad illud redire: cum Processio fiat per plateas; proprieque dicatur Processioni interfuisse, licet ab ingressu templi abfuerit, maximè si multitudo Populi non pateretur ingressum, &c.

Q. 6. An, & quomodo visitanda fine Ecclesiae?

R. I. Visitanda sunt, si absolute Bulla præscribat visitationem; non item, si sub disjunctione, ut sup. *Reff. I. ad q. 2.*

158 P. 3. De Jubileo extraordinario.

R. 2. Requiritur visitatio religiosa & devota. Visitatur porro Ecclesia propriè etiam ab iis, qui nihil itineris conficiunt ; ut qui intra illam habitant. Qui autem ab eâ distat, potest accedere etiam equo, etiam curru. Et quamvis totum iter ad Ecclesiam usque conficiat cum peccato, aut ex peccato veniali , aut etiam mortali, potest nihilominus dici, devotè visitare Ecclesiam , si modestè illam ingrediarur, & in eâ oret. Quia Bullæ nihil præscribunt circa iter ad Ecclesiam, sed circa ipsum accessum & ipsam visitationem. Gobat. n. 127. cum Peyrius, post Navarrum Notab. 32. n. 46.

Q. 7. Quid, si Ordinarius plures designet Ecclesiæ, quam Romanis designet Pontifex? quid, si pauciores?

R. 1. Non potest Ordinarius valide plures Ecclesiæ designare , tanquam necessariò visitandas, quam sunt à Papa in Urbe præscriptæ. Unde sufficiet tot solum visitare; & quando plures nominat Ordinarius, videtur

id

S. 4. De visitat. Ecclesiarum. 159
id facere pro solā commoditate. Ne-
que enim Ordinarius potest gravio-
res aut plures lucrandi Jubilai condi-
tiones suis prescribere , quām Papa
præscribat Romanis ; ut adhuc dixi-
mus sed. i. q. 8. Diana p. 5. tr. 12. R. 56.
ex Boſſio; Gobat n. 126. Pourré, The-
ſauro gallico Indulgentiarum, p. 2. c. 5. n. 7.

R. 2. Si pauciores designet, quām
Roma suat designatæ ; valebit ejus
designatio , dummodò tot designet,
quot sunt ex præscripto Pontificis
designandæ. Idem.

Q. 8. Quid, si Ordinarius designet cer-
tas Ecclesias aut unam certam Ecclesiam ,
pro Incolis Civitatis; & alias aut aliam
pro Rusticis; & aliam pro Regularibus u-
triusque Sexus, putà, Ecclesiam sui Con-
ventūs, aut Monasterii , uti fecit Illustriss.
Episcopus Tornacensis pro consecutione Ju-
bilaeorum novissimorum 5 An non posset
Rusticus, loco Ecclesiæ sue Parochialis de-
signata similiter & regularis loco Ecclesiæ
sui Monasterii, visitare designatas Eccle-
sias aut Ecclesiam Civitatis?

R. Vi-

id

R. Videri quod sic: Tum quia speciales illæ certarum Ecclesiarum designationes, videntur solum esse factæ ob majorem Diœcesanorum communitatem. Tum quia advenæ, etiam exiguo tempore in loco publicati Jubilæi commorantes, possunt visitatâ Ecclesiâ illius loci, & peractis alibi cæteris operibus, lucrari Jubilæum; ut dictum est Sect. 2. q. 6. Ergo & Rusticus ille, & Regularis, paucum tempore existentes extra suam Parochiam, & Monasterium, visitare alias Ecclesias designatas.

Q. 9. *Quid, si nequeas ingredi Ecclesiam, p. g. ob concursum hominum?*

R. Satisfacis visitando extra portam, & ibi orando. Emm. Rodriguez c. 184. n. 6. cum Corduba; Suarez disp. 52. Sect. 1. n. 7. Layman c. 3. n. 4. Bonacina disp. 6. q. 1. pu. 5. n. 26. Diana p. 1. tr. II. R. 103. Lugo disp. 27. n. 97. contra Zanardum & alios. Item si ores ad valvas Ecclesiæ clausæ. Et ita practicatur Romæ. Sanctarel-

S. 4. De visitat. Ecclesiarum. 161

Etarellus, Diana, &c. Ratio est: Quia
& hoc modo diceris moraliter visita-
re Ecclesiam.

Et, quia Cœmeterium in favora-
bilibus nomine Ecclesiæ comprehen-
ditur, ideo etiam absolutè docent
Suarez, Bonacina, Lezana, Diana p. 5.
tr. 12. R. 19. &c. sufficere visitare Cœ-
meterium, & in eo orare. Sed rectè
monet Layman suprà, extra casum
necessitatis, semper illud faciendum,
quod certius & securius est.

Quòd si concessio Indulgentiæ sup-
ponat ingressum in Ecclesiam, v. g.
præscribat orationem in tali Capellâ,
ante tale Altare in templo situm; non
sufficeret orare foris. Quia licet dica-
tur moraliter visitare Ecclesiam, non
tamen dicitur visitare hoc, aut illud
Altare. Lugo n. 98. cum Nunno.

Cùm autem præscribitur ut visiten-
tur aliquot in Ecclesiâ Altaria; suffi-
cit ad illa se orando convertere ex eo-
dem loco apto, v. g. è medio Ecclesiæ.
Lugo n. 98. cum Sa v. Indulgentia n. 6.

Vega,

162 P. 3. De Jubilæo extraordinario.

Vega, Graffio, Azorio, Henriquez, &
aliis, & quos afferunt & sequuntur
Bonacina n. 25. Diana sup. n. 102.

Quod si in aliquo templo sint
pauciora Altaria, quam visitari præ-
scribatur: satisfacies, te versus unum
illorum saltem inclinando toties, quo-
ties re inclinares, si omnia requisita
Altaria adessent, secundum Dianam
ibid. referente Gobato n. 131. Simon
Pourré p. 2. c. 5. n. 3. cum pluribus
aliis.

Q. 10. Quæ, & quanta requiratur
Oratio?

R. I. Mentalis ab solutè sufficit. Bul-
la enim solam precationem requirit;
qualis est mentalis, quæ solam voca-
lem præcellit, juxta Hieronymum,
ait Navarrus, *Notab.* 32. n. 48. Navar-
rum sequitur Gobat n. 137. confir-
mans etiam ex praxi Ecclesiæ non
rarò concedentis Indulgentias pro
actibus merè internis; item Filiucius
n. 257. Trullenck, *De Bullâ Cruciatæ*,
& alii, apud Quintanad. *Append. tr. I.*
dub.

dub. 14. Tutijs tamen, miscere aliquam orationem vocalem.

R. 2. Per se loquendo, nihil ad acquisitionem Indulgentiae Jubilæi interest, sive illa oratio sit longa, sive brevis; sive hac, sive illâ lingua; sive alternatim cum socio: sive genibus flexis, sive stando, aut sedendo fiat: quamquam omnibus suadendum est, ut longas, & modesto corporis situ preces fundant. Diana p. 5. tr. 12. R. 33. cum Bossio, & Alphonso de Leone; Gobat n. 140.

Nec refert, quod oratio expressè ad Beatissimam Virginem, aut Sanctos dirigatur, putà, dicendo Rosarium, Ave Maris Stella, &c. in Bullâ auctem exigatur, ut oretur Deus. Nam orando B. Virginem, Sanctos, oratur Deus mediátè; cùm à B. Virgine & Sanctis petamus, ut pro nobis apud Deum intercedant. Lugo n. III.

Quod si præscribatur oratio inde- terminatè, seu solùm ut oretur; tunc minima oratio sufficiet. Suarez Disp.

164 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
52. Sect. 8. n. 5. Filius n. 153. Alloza v. Indulgentia, Sect. 4. n. 21. Gobat n. 140. &c.

¶ Si autem Bulla sonet : Ibique per aliquod temporis spatum devotè oraverint; sufficiet, quinies recitare Orationem Dominicam & Salutationem Angelicam, aut alias orationes æquicirciter temporis. Nam & physicè & moraliter dicitur quis per aliquod temporis spatum orasse, garrisisse, &c. qui tanto tempore craverit, garrisiverit, &c. quanto solent à Fidelibus devotè quinies recitari Pater & Ave. Gobat ibid.

Q. II. Quā intentione & attentione debeat fieri oratio?

R. 1. Debet fieri ad intentionem Papæ expressam in Bullâ, ut adhuc diximus. Parte I. Sect. 2. & sigillatim monent Lezana, Diana, Lugo, Gobat n. 141.

R. 2. Requiritur attentio exterior; ut certum est apud omnes, etiam pro recitatione Officii Canonici. An etiam

etiam interior; de quâ controvertitur pro recitatione ejusdem Officii, & auditione Missæ? Omnino requiritur ex communione sententiâ.

Optime igitur Gobat n. 60. & 142. existimat, pro lucrando Jubilæo non sufficere orationem perpetuis voluntariis distractionibus implicitam: eò quod in Bullis Jubilæi soleat præscribi, *ut devotè oretur, pia ad Deum preces fundantur, pro impetrandâ Summo Pontifici gratiâ ad Ecclesiam recte gubernandam, pro exaltatione sanctæ Matris Ecclesiæ, Principum Christianorum concordiâ, &c.* Preces autem illæ non sunt piæ, quæ fiunt cum prædictis distractionibus, nec valent ad impetrandum id quod intendit Pontifex: *Illam enim orationem Deus non audit, cui ille qui orat, non intendit, ut sanctus Gregorius dicit,* apud S. Thomam 2. 2. q. 83. a. 13.

Non sufficere, ad consecutionem Jubilæi, orationem perpetuis voluntariis distractionibus peractam, te-

nent

166 P. 3. De Jubilao extraordinario.
nent etiam ii omnes , qui absolute
docent , opera præscripta sic debere
fieri, ut nullâ ex circumstantiâ vitier-
tur ; inter quos sunt Navarrus, Emm.
Rodriquez, Coninck, allati P. 1. *Sed.*
3. q. 3.

SECTIO V.

DE JEJUNIO.

QUÆST. I. *Quale Jejunium requiri-
ratur ad consecutionem Jubilai?*

R. Tale requiritur & sufficit, qua-
le ab Ecclesiâ præcipitur extra Jubil-
iaum. Thom. Sanchez *in Decal. l. 4.
c. II. n. 53.* & alii communiter. Bullæ
siquidem nihil omnino peculiare hic
statuunt aut insinuant.

Hinc I. etiam in Quadragesimâ li-
cebit vesci ovis , si aliunde ova per-
missa sint. Bonacina *q. 1. pu. s. n. 16.*
cum Henriquez, Cajetano, & aliis;
Lugo n. 108.

*Qui tamen aliunde habet privile-
gium*

gium vel carnis vescendi, vel cœnandi, seu faciendi duplicem refectionem diebus jejunii; non satisfacit Jubilæo, si utatur suo privilegio, comedendo carnes, cœnando, &c. Quia sic destruitur substantia jejunii. Azor p. l. l. 7. c. 10. Lugo n. 109. Gobat n. 206. contra Navarrum à Gobato citatum, sive consequenter, sive non consequenter locutum.

II. Talis vespertina collatiuncula permittitur pro Jubilæo, qualis pro die jejunii currentis. Unde, si jejunium Jubilæi incidat in Vigiliam Nativitatis Domini; fas erit majorem collatiunculam sumere, juxta ea quæ alibi dicuntur. Diana P. II. tr. 7. R. 12. cum P. Bardus; Gobat n. 208.

III. Si quis extra prandium & collatiunculam vespertinam modicum quid sumat; dicit quidem Suarez disp. 52. Sect. 5. n. 4. dubium esse, utrum sit sufficienter pro obtinendo Jubilæo jejunet; existimat tamen, non impediri effectum Indulgentiæ: quia in

168 P. 3. De Jubilao extraordinario.
moralibus parum pro nihilo reputa-
tur. Idem absolute existimat Filiu-
cius n. 153. & cum eo Gobat n. 209.
hinc quoque parum pro nihilo reputa-
ri: cum Bullæ non insinuent istum
tantum rigorem.

IV. Cum non violet jejunium, qui
extra consuetam corporis refectio-
nem bibt, etiam vinum, aut cerevi-
siam: id enim consuetudo à tempore
immemoriali permittit, sicuti (teste
Layman l. 4. rr. 8. cap. 1. n. 7.) docent
Innocentius, Abbas, Richardus, Me-
dina, Vivaldus, Azor, cum S. Thomâ
in 4. dist. 15. q. 3. a. 4. & 2. 2. q. 147. a. 6.
ad 2. Paludano, Angles, & alii com-
muniter, contra Alexandrum Alen-
sem, qui assertebat , vini potionem,
præsertim manè, seu, ante ordinariam
refectionem, violare jejunium; Nec
violat jejunium præscriptum pro ju-
bilao, qui extra consuetam corporis
refectionem bibt, etiam vinum, aut
cerevisam.

Ratio autem, cur Ecclesia nunc in
die

diebus jejuniorum non prohibeat potum est (ut advertunt S. Thomas, & alii tum Theologi, tum Canonistæ) quod potus per se & principali- ter non tendat ad corpus nutriendum, sed ad sitim sedandam, & cibi concoctionem adjuvandam.

Placet hic adscribere verba docto-
ris Angelici ex 2. 2. loco sup. citato:
Duplex est jejunium. Unum quidem na-
tura, quod requirit ad Eucharistia sum-
ptionem. Et hoc solvitur per quemlibet
potum, etiam aquæ, post quem non licet
Eucharistiam sumere. Est autem aliud je-
junium Ecclesiæ, quod dicitur jejunium
jejunantis. Et istud non solvitur nisi per
ea, quæ Ecclesia interdicere intendit in-
situendo jejunium. Non autem intendit
Ecclesia interdicere abstinentiam potus,
qui magis sumitur ad alterationem cor-
poris, & digestionem ciborum assumpto-
rum, quam ad nutritionem, licet aliquo
modo nutriat. Et ideo licet plures jeju-
nantibus bibere. Si autem quis immode-
ratè potu utatur, potest peccare, & me-
ritum jejunii perdere: sicut etiam, si im-

H

moder-

170 P. 3. De Jubilao extraordinario.
moderate cibum in unâ comedione assu-
mat. Hactenus S. Thomas , clarissi-
mè afferens potu non violari jeju-
nium.

Sanctum doctorem sequuntur om-
nes alii Theologi ; ut videre potes
apud Th. Sanchez *Consil. mor. l. 5. c. 1.*
dub. 23. Fagundez in 4. Eccles. præc. l.
1. c. 2. n. 19. Bonacinam to. 2. disp. de
præcept. Eccl. q. 1. pu. 1. n. 7. Angelum
Bossum Barnabitam De Jubil. & to. 3.
Moral. & alios passim.

hortentur tamen Parochi & Con-
fessarij curæ suæ commissos & confi-
tentis ad jejunium moderato cibo &
potu servandum , proposito exem-
plio primorum Christianorum , qui
seriūs , horâ post meridiem circiter
tertiâ , refectionem sumebant , vinô-
q; abstinebant : nunc , indulgentia
benignæ Matris Ecclesiæ , vim aut
alium potum artificialem , ac vesper-
nam cœnulam permittentis , sic uten-
dum , ut & finem & meritum jejunii
consequi valeant.

Q. 24

Q. 2. Quot jejunia præscribantur, & quibus diebus?

R. Tria; Feriis tribus in Bullâ designatis, scilicet quartâ, sextâ, & sabbatho; & quidem intra eandem septimanam, ut satis indicant verba Bullæ, & communis sensus & praxis.

Quare non videtur sustinenda opinio (quam putant probabilem, licet suadeant non practicandam, Bonacina q. 1. pu. 5. n. 34. sub finem, Castropalao pu. 12. §. 3. n. 20. Dicastillo De Pœnit. tr. 9. n. 355.) posse scilicet ista jejunia dividiri in duas hebdomadas.

Q. 3. An jejunia illa obeunda sint omnibus qui Jubilæo potiri volunt?

R. Cum communis affirmativè: neminem enim eximit Bulla. Quare tenentur jejunare, etiam pueri, etiam senes, infirmi, &c. nisi propter impotentiam physicam aut moralem, seu notabilem admodum difficultatem, aut grave detrimentum, commutet Confessarius in aliud opus, uti

H. 2 potest

172 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
potest & alia præscripta, ex indulto
Bullæ.

Quid dicendum de agricolâ, aut alio
operario, qui propter laborem, quem ex
necessitate alendi se vel uxorem, aut fami-
liam suam, subit, jejunare non potest?

R. Id esse justum impedimentum,
seu impotentiam, ob quam potest
Confessarius jejunium in aliud com-
mutare. Ita Navarrus de Orat. Miscell.
60. Emm. Rodriquez Sum. c. 184. n.
10. fine. Reginaldus l. 7. n. 185. Go-
bat n. 211. qui opinatur hoc etiam ex-
dendum ad illum, qui laborem cum
jejunio incompossibilem obit, non
ex necessitate, sed ob magnam utili-
tatem spiritualem, vel temporalem.

S E C T I O VI.

D E E L E E M O S Y N A.

Q U A E S T. I. Qualis præscribatur
Eleemosyna pro Jubilæo?

RESP. Præscribitur eleemosyna
non spiritualis, quæ fit docendo ne-
cessa.

neffaria ad salutem , corripiendo delinquentes, &c; sed corporalis : usus enim Fidelium Bullas de eleëmosynâ loquentes , interpretatur de eleëmosyna corporali.

Nomine autem eleëmosynæ corporalis veniunt datio stipis indigenti , exceptio mendici , peregrini pauperis , Religiosi , intra domum ; denique exercitium unius ex septem operibus misericordiæ corporalis : singula enim ex illis septem misericordiæ corporalis operibus , sunt propriè dictæ eleëmosynæ , ex S. Thomâ. 2. 2. q. 32. a. 2. communiter recepto.

Et quamvis Bulla diceret , esse dandam eleëmosynam ; satisfacturus diceretur , qui faceret unum ex illis operibus designatis , ut colligi potest ex iis , quæ de præcepto dandi eleëmosynam tradit ibidem sanctus Doctor art. 5. & cum eo cæteri Theologi . Gobat n. 218. Arsdekin p. 3. tr. 3. c. 6.

Q. 2. Quanta eleëmosyna sit facienda ?

H 3

R. I. Si

174 P. 3. De Jubileō extraordinariō.

R. 1. Si Bulla nihil determinet ;
sed solum præscribat eleemosynam ;
tunc sufficere quantamcumque etiam
minimam, respectu quorumcumque,
etiam maxime divitum, docet Diana p. 5. tr. 12. R. 14. & 31. cum Emman. Rodriquez n. 9. Leone, Fausto,
& aliis.

At Navarrus De Jubil. Notab. 31. n.
34. Corduba n. 26. Silvester v. Indul-
gentia n. 20. Reginaldus l. 7. cap. ult.
n. 187. Alloza v. Indulg. Sect. 4. n. 9.
&c. censent, dandam esse, prout con-
ditioni personæ congruit, magnam à
divite, parvam à paupere. Et Dica-
stillo, De Pænit. tr. 9. n. 199. censet
habendam esse aliquam rationem sta-
tūs, maximā divitiarum. Hæc sen-
tentia suadenda est, tum ob majo-
rem securitatem Indulgentiæ conse-
quendæ, tum ob majus meritum.

Graviter etiam monet Rodriquez
loco cit. debere multum notari, esse
opinionem multorum antiquissimo-
rum & gravium Doctorum, scilicet
S. Thomæ, S. Bonaventuræ, Sancti
Anto-

Antohini, & aliorum , quos refert
Navarrus & Corduba, qui eum sequi-
tur ; qui dicunt, quod , quando San-
ctitas sua concedit Indulgentiam cum
obligatione erogandæ eleēmosynæ ,
non ponens signanter quantitatem e-
jus quod debet dari ; si dives volue-
rit consequi , debet dare eleēmosy-
nam secundūm ejus statum , id est ,
Rex ut Rex , dives ut dives , pauper
ut pauper , &c. Hæc quidem Rodri-
quez. Cæterūm antiqui illi Autho-
res videntur loqui , quando Pontifex
concedit Indulgentiam erogantibus
eleēmosynam tanquam unicum opus ,
ut ad fabricam Ecclesiarū , in subsidi-
um belli contra Turcas , &c. Lege
ipsum Cordubensem.

R. 2. Si Bulla (ut ferè jam solet)
dicat faciendam esse eleēmosynam
prout unicuique devōtiō suggererit ; licet
Zecchio De Indulg. cap. 2. n. 7. sub fi-
nem , Simoni Purré lib. gall. Thesjauro
Indulg. p. 2. c. 7. n. 2. plures citanti ,
&c. videatur sufficere quæcumque
etiam parva : Attamen mihi viden-

176 P. 3. De Jubilao extraordinario.
tur verba illa importare aliquid, quo
significatur habendam esse rationem
suae devotionis, & dictaminis inte-
rioris, ad elargiendam eleemosynam,
non scrupulosè, sed morali & bono
modo: minor tamen apud divites
sufficiet, quam si diceretur, pro cuius-
que facultate; ut etiam advertit Pater
quidam S. Theolog. Treviris Pro-
fessor, in suis Litteris ante plures an-
nos ad me Luxemburgi tunc com-
morantem datis. Idem videtur dicen-
dum, si dicat Bulla, prout cuique cha-
ritas suggesserit.

R. 3. Si Bulla exprimat, facien-
dam eleemosynam juxta cujusque fa-
cultatem; tunc non quævis sufficeret
pro quolibet etiam divite, ut volunt
aliqui apud Dianam p. 5. tr. 12. R. 14.
sed major à divite danda esset, quam
ab alio. Bonacina n. 18. Busenbaum
n. 14. Gobat n. 220. cum aliis.

Q. 3. Quoties; quo die; quomodo fa-
cienda eleemosyna?

R. 1. Ex vi Bullarum, saltem re-
centiorum, sufficit semel facere: quia
tantum

tantum præscribunt faciendam eleemosynam. Et, licet Bulla aliqua loqueretur de eleemosynis in plurali, ut Bulla Innoc. X. anno 1648. quam refert Gobat; satis fieret tamen propriis Bullæ verbis, si singuli ex lucraturis jubilæum, darent singulas eleemosynas. Gobat n. 219. ex Filliucio: sicut Sect. 4. q. 1. R. 2. ex eodem Gobato diximus, sufficietur unam processionem in singulis oppidis, etiamsi Bulla haberet indicendas processiones.

R. 2. Perinde est, quocumque die duarum hebdomadarum fiat eleemosyna, ante vel post Communione, etiamsi Communio fiat die Dominico. Graffius, Henriquez, Leo (qui dicit ita declaratum fuisse à Gregorio XIII.) citati & approbati à Dianâ p. 5. rr. 12. R. 31. Gobat n. 224. Arsdekin.

R. 3. Satisfit, dando eleemosynam aliunde debitam, v. g. ex voto, ex charitate, ex pœnitentiâ. Est communis Doctorum, testibus Bossio

H. s apud

178 P. 3. De Jubilæo extraordinario,
apud Dianam illâ R. 31. Lugo n. 110.
& aliis passim. Vide P. I. sect. 3. q. 1.
ubi cum communi diximus, pro Ju-
bilæo satisfieri per opera aliunde de-
bita.

Nota. Sicuti, juxta Thomam San-
chez in Decal. l. 1. e. 14. n. 6. & Ca-
stropalao De Legibus disp. 1. pu. 19.
n. 6. contra Henriquez l. 7. c. 10. n. 6.
qui citat Sotum, non satisfaceret vo-
to vel pœnitentiæ de dandâ eleëmo-
synâ, qui daret fratribus, avis, pa-
rentibus taliter indigentibus, ut te-
neatur illis subvenire: ita nec satisfa-
ceret pro Jubilæo injungente eleë-
mosynam, qui illis, ita indigentibus
succurreret.

Ratio illorum est: Quia illa non
esset proprie eleëmosyna, sed solutio
debiti legalis, ad quam per Judicem
compelli potest, casu quo dives sit.
Item quia non esset elargitio paupe-
ri: pauper enim non est, qui jus ha-
bet postulandi alimenta; ut ex aliis
probat Surdus apud eundem Castro-
palaum. Verum si aliis consanguineis
tribue-

tribueret, satisfaceret: quia non teneture ex debito legali, illis alimenta præbere; ut probat Molina Jureconsultus, citatus ab eodem Palao. Vide & de hoc Tho. Tamburinum in *De cal. l. 5. c. 4. §. 4.*

R. 4. Satisfacis, si des per alium, v.g. œconomum, famulum, &c. Doctores communiter, ut adhuc diximus superius.

Sed, quid, si ille non det, sed sibi servet? Non sufficiet, secundum Bonacinam q. 1. pu. 5. n. 22. Cardinalem de Lugo n. 112. Homobonum, & alios, apud Dianam suprà; Bufenbaum n. 13. Gobatum n. 221. &c. Quia tunc reverà non datur eleemosyna, cùm non transferatur ejus dominium in pauperem, nec aliquis illius nomine acceptârit.

Sà tamen v. *Indulgentia*, n. 4. Lezana apud Gobatum; Dicastillo, *De Pœnit. tr. 9. disp. 2. n. 179.* Alloza v. *Indulg. Sect. 4. n. 24.* & alii, tenent contrarium: Quia quantum est ex tuâ parte, jam dedisti, & tradidisti

180 P. 3. De Jubilao extraordinario.
eleēmosynam. Et hanc opinionem
practicè probabilem & tutam existi-
mat Gobat n. 221.

R. 5. Non sufficit, si mittatur eleē-
mosyna ad pauperem distantem, ad
quem non perveniet intra hebdoma-
dam Jubilæi , nisi forte aliquis pro
paupere acceptavit. Lugo n. 112. &
alii, apud Dianam p. 5. tr. 12. R. 31.

R. 6. Satisfacit eleēmosyna data
illi quem puto esse pauperem, cùm
tamen reverà non sit, sed fingat se ta-
lem. Ratio est: Quia non est de ra-
tione eleēmosynæ, ut detur vero pau-
peri , sed ut detur ad sublevandam
hominis miseriam. Lugo n. 113. Go-
bat n. 222. Claud. Maillard Tract. gal-
lico De Jubil. p. 1. c. 19. n. 14. De Rho-
des §. 6.

R. 7. Censetur etiam dare eleēmo-
synam , qui pro se datam ab alio ra-
tam habet , dummodo hæc ratihabi-
tio fiat intra tempus concessum pro
Indulgentiâ consequendâ. Corduba,
De Indulgentiis q. 23. fine, Sà v. Indul-
gentia n. 4. Lugo n. 117, Bossius apud
Dianam

Dianam p. 5. tr. 12. R. 15. Gobat n.
216. nee dissentit Suarez, ut patet le-
genti, to. 4. disp. 52. sect. 7. n. 5.

Imò Gobat non requirit ratihabi-
tionem formalem, sed putat suffice-
re generalem & habitualem lucrandi
Jubilæum, & se juvandi per opera
quæ sibi sunt utilia, à se vel ab alio e-
jus nomine ponenda.

Sed hæc Gobati opinio non vide-
tur admittenda, ex Lugo n. 117. di-
cente, quòd si Prælatus det ex bonis
communibus eleemosynam pro om-
nibus subditis, ipsis ignorantibus
non satisficeret, nisi ipsi Religiosi
saltem intra hebdomadam, seu tem-
pus concessum, de quo antè diximus,
id legitimè scientes, ratum habeant.
Quia dare eleemosynam est actio
moralis, ad quam requiritur aliqua
cognitio & voluntas, ut constat. De-
bent ergo præmoneri de voluntate
Prælati dandi eleemosynam eorum
nomine: similiter & filii-familias de
voluntate parentis, si eorum nomine

H 7

datu-

182. P. 3. De Jubilao extraordinario.
daturus est parens. Consentit Clau-
dius Maillard sup. n. 15.

Q. 4. Quibus sit eroganda eleemosyna?

R. Pauperibus : quo nomine intel-
liguntur non solum ii, qui uon habent
necessaria ad naturam seu ad vitam
sustentandam ; sed etiam ii qui ca-
rent necessariis ad sustentandum sta-
tum juxta suam qualitatem & condi-
tionem. Lugo , De Justit. disp. 4. sect.
3. n. 27. ex Navarro & aliis , quos af-
fert & sequitur Sanchez l. 2. Consil.
c. 2. dub. 38. Diana p. 2. tr. 1. miscell. R.
8. citans multo a Theologos & Cano-
nistas : cum quibus dicit , nomine
pauperum intelligi etiam Loca pia ,
ut Hospitalia , Ecclesias indigentes
luminaribus , ornamenti , ædificiis ,
& Monasteria Religiosorum ; qui-
bus etiam dari possunt bona , quæ re-
stituenda sunt , quando domino aut
eius hæredibus restitui non possunt ;
ut dicitur cùm tractatur de Restitu-
tione.

Q. 5. An præscriptio eleemosynæ ex-
tendatur ad omnes ?

R. Ex-

R. Extenditur ad omnes qui possunt illam facere: ad eos autem qui non possunt, non extenditur, secundum Navarrum *Miscell.* 60. n. 133. Henriquez l. 7. c. 10. litt. L. & U. Fernandez part. 3. c. 8. §. 8. n. 3. & alios, quibus assentiantur Diana p. 5. tr. 12. R. 15. Gobat n. 214. Pourié p. 2. c. 7. n. 7. Arsdekin. Unde tales non indigent commutatione eleemosynæ in aliud opus.

At tutius est, & videtur conformius Bullæ (fatente etiam ipso Gobato n. 215.) tales non excusari, atque adeo teneri dare tantillum, v. g. frustillum pannis, pomum, nuncem, &c. vel procurare ut ab aliis pro ipsis detur, aut petere commutationem: ut etiam censet Diana R. 31. Vide Lugo n. 115.

Potest Religiosus, cum licentiâ Superioris, dare eleemosynam per alium; ut si amicus saecularis pro eo det. Lugo n. 116.

Fratres etiam Minores, etiamsi neque in communi habeant dominium,

184 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
nium, possunt tamen dare eleemosy-
nam: quia habent usum cum faculta-
te liberâ transferendi dominium, &
alienandi; quod sufficit ad veram da-
tionem eleemosynæ n. 117.

SECTIO VII. DE CONFESSione ET COM- MUNIONE

QUAEST. I. An, & quæ Confessio re-
quiratur?

RESP. I. Si lucraturus Jubilæum,
non sit conscius peccati mortalis; ex
communiori sententiâ S. Antonini p.
I. tit. 10. c. 3. §. 5. Paludani, Navarri
Notab. 18. n. 18. Suarez disp. 52. sect. 4.
Bellarmini De Indulg. l. 1. c. 13. Lessii
De Indulg. c. 6. dub. 5. Benzonii, Filliu-
cii, Coninck, Layman, & aliorum
innumerorum, inquit Lugo n. 100,
quos congerunt & sequuntur Diana
p. I. tr. De Bulla Cruciana, R. 107. Abel-
ly Episcopus Ruthenensis De Indulg.
sect. 3. n. 3. Bonacina q. I. p. 5. n. 7. &c.
non requiritur confessio,

Ratio

S. 7. De Confessione & Commun. 185

Ratio est: Quia usus Ecclesiæ habet, ut, quando præscribit confessio neum, intelligat confessionem mortalium, ut constat ex Cap. *Omnis utriusque Sexus*, De Pœnit. & Remiss. in quo utique non præcipitur nisi confessio mortalium; ut etiam declarat Conc. Trid. *Seſſ. 4. c. 5.*

Igitur Confessio pro Jubilæo non requiritur per se, sicut Communio; sed velut medicina & dispositio ad statum gratiæ, & ad fructuosam Communionem. Et Papa loqui videtur (ait Laurentius Portel Dub. Regular. v. Indulgentian. 6.) suppositivè, si scilicet indiger confessione, ut major pars Fidelium semper indiget.

Nihilominus tutius omnino est, confiteri, etiamsi nullius novi peccati mortalis habeatur conscientia; cum illam confessionem ut conditio nem, adeoq; necessariam, requirant non pauci, ut Emm. Rodriguez Sum. c. 184, n. 12. Sanchez De Matrim. l. 8. disp. 15. n. 19. Zecchius De Indulg. c. 2. Fernandez

Nun-

186. P. 3. De Jubilæo extraordinario.

Nufus, & alii apud Dianam suprà ,
Gobatum n. 158. Et hoc etiam suadent
Filliucius & alii , inter quos
sic loquitur Henriquez l. 7. c. 12. n.
2. *Tutius est confiteri saltem aliquod
veniale : Indulgencie enim sunt expli-
canda ut sonant ; & Papa videtur indu-
cere ad confessionem supererogationis : ut
tutori remedio in gratiâ constitutus im-
petret finem , ob quem conceditur Indul-
gentia.*

R. 2. Non sufficit confessio sacri-
lega, uti nec sufficit communio sacri-
lega. Et de hoc utroque , nulla jam
potest esse dubitatio , quidquid ali-
qui olim contrarium docuerint. Ale-
xander siquidem VII. damnavit hanc
propositionem : *Qui facit confessionem
voluntariè nullam , satisfacit præcepto
Ecclesie : & Innocentius XI. hanc :*
*Præcepto Communione annua satisfit per
sacrilegiam Domini mandationem.*

Nempe Ecclesia requirit Confes-
sionem & Communionem , quales
præcepit & requirit Christus Domi-
nus : Christus autem præcepit &
requirit

S. 7. De Confessione & Commun. 187
requirit Confessionem & Communionem bonas & fructuosas, & non sacrilegas. Accedit, quod per Confessionem & Communionem sacrilegas non obtineatur finis à Pontifice intentus, scilicet plena cum Deo reconciliatio & conjunctio.

Non est autem idem de Confessione informi, (ait Suarez to. 4. disp. 52. sect. 3. n. 6. fine) si alioqui valida sit: nam, cum ista sit vera confessio, sufficit ad effectum consequendae Indulgentiae, dummodo postea, eo nimirum tempore, quo effectus Indulgentiae obtainendus est, homo jam sit gratiam consecutus, vel per contritionem, vel per aliud Sacramentum.

Sed, Quid, si quis ex invincibili facti vel juris ignorantia putet se esse legitimè confessum; cum tamen, aliquâ de causâ ipsi ignorantâ, confessio non valeret; vel haberet aliqua peccata, quæ tamen citra peccatum, nondum fuit confessus: obrinerétnē ille Indulgentiam?

Respondent obtenturum Navarrus Notab. 18. n. 15. & cum eo Zecchius De Indulg. c. 3. n. 4 & cum Benzonio Lorichius

188 P. 3. De Jubilæo extraordinario.

Lorichius v. Jubilæus Annus n. 21. Nec
videtur multum dissentire Suarez
sect. 4. si attentè legatur.

Idem, propter ejusdem Navarii
authoritatem, Henriquez l. 7. c. 10,
ad Litt. n. Emm. Rodriquez, Fernan-
dez, & alii, apud Simonem Pourré
p. 2. c. 1. n. 10. consentientem, & Go-
batum n. 159. non improbantem, di-
cunt de eo, qui vel non potuit con-
fiteri, vel bonâ fide existimavit non
requiri confessionem, vel confessus
est quidem legitimè, sed tamen ob
Confessarii improbitatem erroém-
ve alium, absolutus non est.

Confirmari potest hæc opinio ex
præsumpta Pontificis voluntate; ut in
simili semel atque iterum loquitur
Emm. Rodriquez *Sum. p. 1. c. 184.*
dicens, secundum Glossam quandam
communiter receptam, debere teneri
pro lege, quod verisimiliter Legisla-
tor responderet interrogatus.

R. 3 Si Bulla concederet Indulgen-
tiam verè pœnitentibus, seu, contri-
gatis, & confessis, non requirens Com-
munio-

S. 7. De Confessione & Commun. 189

munitionem, ut solet concedere Bulla
Jubilæi Anni Sancti; censem quidem
S. Antoninus *sup. §. 5.* Navarrus No-
tab. 18. Bellarminus, Zecchius, Lef-
sius *n. 48.* Layman. *c. 6. n. 7.* Abelly,
& alii cum Adriano, Cajetano, Cor-
dubâ, &c. requiri confessionem mor-
talium, si quæ habeat lucratus. At
Paludanus, Gerson, Panormitanus
Angelus, Silvester *v. Indulg. n. 20.* &
alii apud eundem Bellarminum & a-
lios, existimant sufficere contritio-
nem cum proposito confitendi tem-
pore debito secundum Ecclesiæ præ-
ceptum; aut, secundum aliquos, cum
confessione priùs etiā longo tempore
factâ ante statum novum in mortali.

Suarez *disp. illâ 52. sect. 4. n. 12.* &
seqq. posteriorem quidem Paludani,
Gersonis, & aliorum sententiam exi-
stimat probabilem; existimat tamen
ipse probabilius verba illa, *contritis &*
confessis, accipienda esse non copula-
tim, sed divisim & distributivè, id est,
tam contritis, nempe contritione
perfectâ, quam confessis.

Et hanc Suarezii sententiam;

pro-

190 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
probabilissimam meritò existimat
Castropalao p. 11. n. 22. Gobat n.
254. secutus tamen num. preced. eos
qui requirunt actualem confessio-
nem. Certè particula & potest, &
sæpè solet accipi distributivè, sicut
accipitur ex. gr. in Bullâ Cœnæ §.
14. ubi dicitur: *Excommunicamus Can-
cellarios, & Consiliarios Regum, &c.*
Et Pontifex verbis illis, non videtur
aliam dispositionem exigere, quam
quæ necessaria est, ut thesaurum Ec-
clesiæ applicare possit. Ista autem
dispositio haberi potest tam per con-
tritionem perfectam, quam per con-
fessionem actualem.

Suadendum tamen, ut addatur
confessio actualis, ut etiam monet Sil-
vester *supr. Quia*, inquit, *plerumq; homi-*
nies, maximè seculares, credunt se contri-
tios, & tamen non sunt contriti: qui per
confessionem, de attritis fiunt contriti.
Quod ultimum dictum non sic intelli-
gendum est, quasi per Sacramentum
Attritio fiat Contritio, scilicet per-
fecta; (hoc enim impossibile est;

cum

cum attritio & contritio sint actus
specie distincti) sed quod, positâ at-
tritione cum Sacramento, obtineatur
justificatio, sicut fuisset obtenta per
contritionem: & sic Sacramentum
facit de attrito contritum, non quo-
ad rem, sed quoad effectum.

Nota autem, etiam in scientiâ
exigente actualem confessionem,
non exigere Pontificem contritio-
nem necessariò perfectam, copula-
tim cum Sacramento; sed conten-
tum esse contritione qualicumque,
modò ea cum Sacramento sufficiens
sit ad justificationem; qualis est at-
tritio, quæ à Conc. Tridentino dici-
tur contritio imperfecta, non quod
non sit vera & propria species contri-
tionis à se recensitæ cap. 3. inter par-
tes essentiales Sacramenti Pœnitен-
тиæ, & cap. 4. definitæ ac divisæ; sed
quod imperfecta sit respectivè ad il-
lam contritionis speciem, quæ chari-
tate formata est. Sic brutum est per-
fectè animal, licet imperfectum re-
spectivè ad hominem.

Q. 2. 14

192. P. 3. De Jubilæo extraordinario.

Q. 2. An unica confessio sufficiat?

R. Per se, unica sufficit; per acci-
dens tamen, altera potest requiri, &
quidem necessariò; ut, si factâ con-
fessione, labatur quis antequam com-
municet, in novum peccatum leth-
ale; aut, si recordetur ante commu-
nionem peccati lethalis inculpabili-
ter omisi, &c. Sed non requiritur
confessio illius peccati, vi Jubilæi:
Tum quia Bulla Jubilæi non exigit
nisi unam confessionem: Tum quia,
qui in Paschate rite confessus est, non
renetur isto anno iterum confiteri, si
incidat in novum mortale, aut recor-
detur peccati omisi, ut est commu-
nior sententia, de quâ alibi.

Sufficit ergo ut ille de novo pec-
cato, in quod lapsus est, conteratur
ante ultimum opus è præscriptis per
Jubilæum: quamquam tutius sit &
suadendum ut fiat confessio. Ita Nun-
nus, Granadus, Præpositus, approba-
ti à Dianâ p. 5. tr. 12. R. 1. Bonacinâ
q. I. pu. 5. n. 9. Lugo n. 101. Gobat n.
157. contra Cordubam De Indulg. q.

28. Sua-

S. 7. De Confessione & Communione. 193

28. Suarem sup n. 7. Filliucium. tr.
8. n. 147. (qui pro aliâ sententiâ ci-
tat etiam Gersonem) Graffum, &
alios; quibus Castropalao pu. 9. n.
24. consentit casu novimortalis ad-
missi, num. verò 25. dissentit casu
mortalis inculpabiliter omissi.

Q. 3. Quandonam possit fieri confessio?

R. 1. Potest fieri Sabbatho, imò fe-
riâ sextâ ante primam Dominicam,
seu uno alterôve die antequam liceat
alia opera peragere Layman c. 8. n.
6. testans nullum esse de hac re dubi-
um, eò quod, propter multitudi-
nem Pœnitentium, ita ferat Eccle-
siarum praxis: & quia, ex commu-
niore sententiâ, confessio non requi-
ritur in illo, qui non est sibi conscius
peccati mortalis, qualis supponitur
esse qui post confessionem priùs fa-
ctam communicabit die Dominico
aut alio die intra septimanam. Lay-
manum sequitur Gobat n. 161. Ca-
stropalao pu. 10. §. 3. n. 2. fine.

R. 2. Potest fieri eâ Dominica,
quâ fit Communio, adeoq; Domini-

I

câ im-

194 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
cā immediate sequenti jejunia. Et
jam communis sententia, & praxis
Fidelium, etiam Romæ. Et hoc de-
claratum fuisse à Gregorio XIII, di-
cit Diana p. 2. tr. I. miscell. R. 28. Et
verba ipsa Bullæ satis indicant, con-
fessionem posse conjungi per modum
unius cum Communione.

R. 3. Si in Jubilæo exprimatur, ut
ante omnia confiteantur, tutius esset
præmittere confessionem ante reli-
qua opera Jubilæi. Sed intentio Pa-
pæ non videtur esse, nisi ut intra tem-
pus Jubilæi, ante vel post cæteras di-
ligentias, fiat confessio ab eo qui po-
test, tanquam res inter cæteras præ-
cipua. Ita Henriquez l. 7. c. 12. n. 21
Consentit Sà v. Indulgentia, n. 13. ita
loquens: Cùm dicitur in Jubilæo,
quisque antea confiteatur, sufficit confite-
ri intra tempus Jubilæi.

Similiter dicendum, cùm Bulla
Anni Jubilæi dicit, Qui confessi vi-
sitaverint &c, scilicet, confessionem
non esse necessariò præmittendam
visitationibus Ecclesiarum: quam-
vis

o. S. 7. De Confessione & Commun. 195

vis Navarrus De Jubilæo Notab. 32. n.
39. censeat contrarium, saltem si ad-
sit justa copia confitendi; item Ben-
zonius & Pollachus apud Dianam p.
s. tr. 12. R. 30. dissentiente in cum aliis
à se citatis.

Q. 4. Quo die obeunda sacra Commu-
nio?

R. Attendendus est Bullarum te-
nor. Aliquæ nullum diem obeundæ
Communioni determinant expressè:
sed dicunt præcisè, *Sacra Communione*
refecti; aut, *Qui primo die Dominico, vel*
secundo, vel alio die dictarum hebdoma-
darum, Sanctissimum Eucharistia Sacra-
mentum devotè sumpserint. Et nunc,
ut patet, Communio potest fieri quo-
libet die intra alterutram hebdoma-
dam.

Idem dicendum videtur, si Bulla
exprimat: *Qui confessi, sequenti saltem*
die Dominico, Sanctissimum Eucharistia
Sacramentum sumpserint. Intendit e-
nim solùm ut non differatur Communio
ultra tertiam Dominicam. De quo
videri potest Lugo n. 105. & seqq. Go-
bat n. 179.

196 P. 3. De Jubilao extraordinario.

Aliæ Bullæ , maximè recentiores ,
sic habent : Qui peccata confessi , ac du
Dominicâ immediate sequenti , vel ali
die infra eandem hebdomadam sacrâ Com
munione refecti fuerint. Et tunc vide
tur clarum , Communionem obeun
dam esse aliquo die hebdomadæ , quâ
fuit jejunatum , aut Dominico imme
diatè sequenti jejunia ; quamvis ali
qui , teste Alloza , v. Indulgentia , sed .
4. n. 3. asserant , ad feriam secundam
(post jejunia) differri posse Commu
nionem . Sed verba bullæ accipienda
sunt ut sonant , & non extendenda ni
si ex intentione , saltem rationabiliter
præsumptâ , Jubilæum concedentis .
Itaque qui non potest intra istud tem
pus communicare , perat commuta
tionem aut prorogationem ; de quâ
seq. seq.

Q. 5. Utrum expediat , præmittere
Communionem aliis operibus præscripti ,
an postponere ?

R. Aliis placet , consultius esse
præmittere , ut ex fructu per Com
munionem acquisito reliqua opera
digniora

digniora fiant : Aliis è contrario ,
postponere, ut omnia opera injuncta
ad sacram Communionem disponant ; qua suscep ta, securius indulgen-
tia obtineatur.

Quod ergo curare debet lucrari
capiens Jubilæum, potissimum est, ut
liber à peccato mortali , omnia ope-
ra injuncta exequatur. Quare, si mor-
tali gravatum se sentiat , expedit an-
te omnia confessionem præmittere ,
& postmodum reliqua exequi , ut vi
delicet ea perficiat in statu gratiæ: sic
enim erunt illa meritoria & satisfa-
ctoria , habebuntque majorem vim
impetrandi , ac denique certiorem
cum reddent de impetrandâ ipsâ Indulgentiâ.

Q. 6. An Communio præscribatur om-
nibus lucraturis Jubilaum ?

R. Affirmativè. Unde qui ob æ-
tatem, ut pueri, vel ob aliud impe-
dimentum , v. g. tussim , vomitum,
&c. communicare non possunt ,
egent commutatione. Non igi-
tur

198 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
tur satisfacerent pueri per communio-
nem spiritualem, nisi hæc subro-
gata esset à potente commutare; ut
rectè observat Diana p. 5. tr. 12. R. 17.
cum Fausto, contra Fernandez &
Zanardum.

Rectè etiam monet Layman l. 5.
tr. 4. c. 4. n. 3. post Henriquez l. 8. c. 42.
pueros tempore Jubilæi facilius ad-
mittendos esse ad sacram Commu-
nionem, ritè instructos.

SECTIO VIII.

DE COMMUTATIONE, ET PROROGATIONE OPERUM PRÆSCRIPTORUM.

QUEST. I. *Quis possit commutare,
& prorogare?*

R. 1. Non potest quis propriâ au-
thoritate ullum ex operibus præscri-
ptis commutare in aliud, etiam me-
lius; multò minus prorogare. Patet
ex Bullis, & ex Praxi.

R. 2. Potest Confessarius approba-
tus juxta dicenda *Sect. sequenti*; sed
non

S. 8. De Commut. & prorog. oper. 199
non nisi cum detentis clauſtro perpe-
tuo, carcere, morbo, aut alio quocum-
que juſto impedimento. Nam plus
non concedunt Bullæ.

Et impedimentum quidem debet
eſſe tale, ut junctum ſit faltem notabi-
li, ſeu magna & gravi difficultati,
quaे ceneſatur impotentia. Nam Bul-
la dicunt, Qui opera ſuprā expreſſa p̄rā-
ſtare nequiverint. Vide Gobat n. 99. &
ſeqq.

Q. 2. An omnia opera p̄scripta poſ-
ſint commutari, & prorogari?

R. Affirmativè, attentis faltem
Bullis posterioribus, quaे nullum o-
pus excipiunt.

Poteſt igitur & confeſſio commu-
tari; ut rectè Lugo n. 118. contra Fil-
liucium n. 271. male ſupponentem
non poſſe dari legitimum impedi-
mentum ad eam commutandam. Po-
teſt enimverò dari tale impedi-
mentum, ut in carcerato, ad quem nullus
pateret Confeſſarii accessus, &c.

Poteſt & Communio commutari
in eo, qui peractis omnibus aliis vole-
bat

200 P. 3. De Jubilao extraordinario.
bat communicare die Dominico ,
qui erat terminus hebdomadæ ; sed
inadvertenter aliquid manducavit ,
aut bibit. Diana p. 3. tr. 4. R. 152. cum
Graffio, Henriquez, Sanctarello; Go-
bat n. 112.

Q. 3. Quid, si Confessarius commutâ-
rit ob causam insufficientem quidem à par-
te rei, habitam tamen ab ipso bona pro suf-
ficieni?

R. Valebit nihilominus commuta-
tio, nec periclitabitur Jubilæum. Ta-
lis censenda est mens Pontificis con-
cedentis facultatem. Aiias inquietæ
redderentur conscientiæ Confessario-
rum & Pœnitentium , præsertim ,
quando his est impertienda Absolu-
tio à reservatis, aut censuris

Nota, non requiri tantam causam
ad proroganda opera , quanta ad ea
commutanda. Gobat n. 107. ex Fil-
liucio n. 271.

Q. 4. In quæ opera commutari possunt?

R. In opera pietatis, quæ pœnitens
præstare poterit , æ qualia moraliter,
etiam aliunde debita, v. g. ex præce-
pto Ecclesiæ, voto, &c.

Istam

Istam autem æqualitatem , rectè censet Gobat n. 109. spectandam esse non tam in ordine ad præstantiam ipsius operis specificam aut pœnalitatem, quām in ordine ad finem à Pontifice intentum. Spectanda etiam est pœnitentis conditio , ut satis clarè exprimit Bulla dicens , injungenda sita alia opera , quæ ipsi Pœnitentes prære possint , haud dubiè , sine gravi incommodo.

Unde etiam jejunium, ait Henriquez l. 7. c. 10. n. 6. potest commutari in eleemosynam, quæ brevi tempore datur. Et Pellizarius Tract. de Monialibus, c. 9. n. 21. §. Moneo II. Si aliqua, inquit , Monialis agrotet tempore Jubilæi , potest Confessarius ab eâ electus , si brevi sit convallitura, ei differre consecutionem Jubilæi ad aliud tēpus proximum, ex verbis Bullæ ; vel , durante tempore Jubilæi , opera præscripta , quæ ab ipsâ impleri non possunt , commutare in aliud opus pium ut visitationem Ecclesiarum, in recitationem alicujus brevis orationis coram aliquâ Imagine ; jejunia , in aliquas breves pre-

202 P. 3. De Jubilao extraordinario.

ces, aut etiam in ipsam sufferentiam infirmitatis; Communionem Sacramentalem, si fieri non posset, in Communionem spiritualem.

Collige, non esse hic meticulosè & scrupulosè Confessario agendum; sed bono modo, & ut hīc & nunc viderur posse injungi, & commodè fieri. Unde etiam Authores nonnulli, subinde loco *commutare*, utuntur verbo *dispensare* in operibus præscriptis; ut nimis ostendant, etiam commutationem fieri in aliquantò minora, ex benignâ Pontificis Indulgentiâ.

Neque opera illa necessariò facienda sunt iisdem diebus, quibus facienda opera præcripta. Unde jejenum Sabbathi v. g. potest commutari in aliud opus pium, quod fieri possit. Feriâ quintâ Sufficit enim quod opera subrogata fiant intra hebdomadam, seu tempus consequendæ Indulgenciarum.

Hinc ipso etiam Sabbathio possunt commutari opera, quæ præcedentibus diebus fieri debuissent. In Bullâ enim

S. 8. De Commut. & prorog. oper. 203
enim non restringitur quoad hoc fa-
cultas commutandi. Lugo n. 120. Go-
bat n. III.

Q. 5. Ubinam, & quando facienda sit.
ista commutatio & prorogatio?

R. 1. Potest fieri ante vel post, et-
iam extra, confessionem, à quolibet
Confessario ex approbatis, vel præ-
sente, vel etiam absente; etiam ab eo,
cui non cogitas confiteri. Quia ista
commutatio & prorogatio non con-
cernit actum confessionis; & verba
Bulla dicunt absolute ut Confessarius
electus commutet. Filliucius n. 273.
Henriquez l. 7. c. 10. num. ult. Th.
Sanchez in Decal. l. 4. c. 54. n. 17. Lu-
go n. 120, Gobat n. 110, 240. &
241.

R. 2. Debet fieri intra tempus Ju-
bilai, hoc est, duas hebdomadas. Et
ita quidem, ut opera prorogata jube-
antur perfici intra proximum tempus,
ut loquitur Bulla, id est, intra duas
hebdomadas, si fieri poscit. Gobat, n.
III.

I 6

Q. 6. An

204 P. 3. De Jubilao extraordinario.

Q. 6. An opera subrogata possint etiam
in aliud tempus ex causâ prorogari?

R. Videntur posse. Si enim possunt
opera prescripta, cur non & subroga-
ta, quando neque haec intra hebdo-
madam seu tempus prescriptum im-
pleri possunt? Ceterum videretur
rutiis, tunc subrogare opera, quæ pos-
sent impleri sine dilatione.

Q. 7. An, qui ex incuria aut malitia
omisit opera prescripta in Jubilao, possit
ultimo die illud lucrari, & dicta opera a
Confessario commutari?

Negat Joannes Præpositus q. 14. De
Indulgentiis, n. 88. Quia talis non po-
test moraliter dici impeditus, &c.

Probabilius affirmant Fillius n.
268. Diana p. 3. tr. 4. R. 152. & p. 5.
tr. 12. R. 26. cum Pollacho, Sancta-
tello, & aliis; Lugo disp. 20. n. 139.
Bassæus edit. 3. de Jubil. n. 4. Pelliza-
rius citas. sup. ad q. 4. §. Moneo 14. Ge-
org. de Rhodes De Pœnit. q. 5. sect. 5.
§. 6. Arsdekin, &c.

Ratio est: Quia quamvis talis ex
suâ malitiâ praedicta opera non pere-
gerit

S. 8. De Commut. & prorog. oper. 205
gerit tempore constituto ; tamen ,
quando ad pœnitentiam accedit, verè
dicitur impotens.

Nec obstat, quòd voluntariè omit-
tens , non dicatur impeditus. Cap.
Commissio, & Cap. Si quis , de Elect. in 6.
Quia licet sit impedimentum volun-
tarium in causâ , tamen tuuc non est
voluntarium. Unde , si quis peteret
commutationem, vel dilationem Ju-
bilæi, ob id solum, quia non vult eo
tempore illud consequi , cùm tamen
commodè posset ; talis non esset ca-
pax illius dispensationis; quia non di-
ceretur impeditus. Verum si jam omi-
nissus opus temporis addictum, nec es-
set tempus illud agendi , & pœnite-
ret; non diceretur , impedimentum
amplius voluntarium , sed necessari-
um ex suppositione.

Nec etiam obstat , quòd sit ela-
psum tempus , cui addicta erant je-
junia. Quia datur regulariter Con-
fessario facultas differendi singula &
omnia , eaq; commutandi ; & hæc

206 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
facultas, ut supponitur, nondum ex-
piravit. Ita Filiacius, & alii.

Collige: Quando pœnitens omni-
bus reliquis perfectis, venit ulti-
mâ Dominicâ, seu ultimo die Ju-
bilæi, dubitat tamen prudenter con-
fessarius, an sit (si eum absolvat)
permansurus in occasione proximâ
peccandi; potest differre Confes-
sionem & Communionem per aliquot
hebdomadas: & posteâ eum absolve-
re ab omnibus reservatis. Similiter,
quando ipso tempore Jubilæi non
potest fieri confessio integrè, propter
casus intricatos. Diana p. 5. tr. 12.
R. 26. cum Bosio; Gobat n. 114. Vid.
Sanchez De Matrim. l. 8. disp. 15. n. 17.
Eugo De Pœnit. disp. 20. n. 13.

S E C T I O . IX.

DE ELECTIONE CONFESSARI.

Q UÆST. I, An vi Jubilæi possit quilibet sibi eligere Confessarium?
RESP. I. Potest quilibet Sæculis,

ris,

S. 9. De Electione Confessorii. 207
ris, tam Laicus, quam Ecclesiasticus.
Patet clare ex verbis Bullæ.

R. 2. Potest etiam quilibet Regularis, ex quolibet Ordine; etiam mendicante; etiam Monialis: & quidem sine licentiâ sui Superioris; quidquid aliqui contrarium opinentur. Certè verba Bullarum, quibus communiter conceditur Jubilæum universale, satis aperte id exprimunt.

Atque ita, præter alios, sentiunt Navarrus l. 5. Consil. tit. de Pœnit. & remiss. Consil. 19. Suarez to. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. c. 16. n. 7. Filliuciūs tr. 8. n. 276. qui addit ita declaratum à sacrâ Congregatione Papæ; Diana cum Boschio & aliis, p. 5. tr. 12. R. 12. & p. 6. tr. 8. R. 28. Bordonus Consil. Regular. to. 1. Resol. 34. n. 52. & 53. Lugo De Pœnit. disp. 20. n. 186. &c.

Gobat n. 225. &c. seq. multa in utramque partem disputatione dicuntamen se vidisse responsum Romanum, in quo prescribitur esse standum verbis Bullæ. At in Appendice postremæ editionis, existimat, Decretum notificari.

208 P. 3. De Jubilao extraordinario.
tificativum Clementis X. non patro-
cinari affirmantibus. Verum Decre-
tum istud est tantum notificativum
pro Anno Jubilao; adeoq; nihil facit
contro affirmantes pro Jubilao ex-
traordinario, seu duarum hebdoma-
darum.

Adde, cum Tamburino De Pœnit.
c. s. §. 4. n. 40, tacitum consensum
Superiorum, qui dum Jubileum suis
subditis proponunt, satis ostendunt,
eam libertatem approbare eligendi
Confessarium.

Q 2. Qualis debeat esse Confessarius
eligibilis per Jubileum?

R. Debet esse approbatus ab Or-
dinario. Quod si Bullæ, ut ferè so-
lent, exigant approbatum ab Ordinariis locorum, debet esse approba-
tus ab Episcopo, aut ejus Vicario.
Hi enim intelliguntur nomine Ordinarii loci seu locorum. Et tunc non
posset Regularis in Confessarium
eligere Regularem à solo suo Pralea-
to approbatum; ut est communis sen-
tentia, quam ténent Suarez, Re-
ginald.

S. 9. De Electione Confessarii. 209
ginaldus, Vega, & alii, quos citat &
sequitur Lugo disp. 20. n. 141. & 143.
contra varios approbatos à Dianâ p.
s. tr. 12. R. 37. quorum opinionem
censet probabilem & tutam in praxi
Gobat n. 229. dicens, Clausulam il-
lam, Ordinariis locorum, posse intelligi
ampliativè.

Id quod etiam priùs dixerunt Bo-
nacina De Sacram. disp. 5. q. 7. pu. 4. §.
1. n. 25. Bordonus Resol. 34. n. 50. qui
etiam expendit ly, eligere possint, quod
habet Bulla; & Castropalao De Pœnit.
pu. 17 n. 11. Quasi dicat Pontifex,
quod Pœnitens non solum possit con-
fiteri suo Parocho, aut alteri Sacer-
doti, sicut poterat ante Jubilæum;
verum etiam possit aliun quilibet
Sacerdotem approbatum ab Episco-
po eligere, quamvis alias ante Ju-
bilæi concessionem non possit ei con-
fiteri.

Et hæc interpretatio multum fa-
vet Regularibus, præsertim iis, qui
sunt in Monasteriis, quorum Con-
fessarii non sunt ab Episcopo appro-
batis

210 P. 3. De Jubilao extraordinario.

bati; ut obſervant Bonacina, Gobat,
Pourré p. 2. c. 2. n. 7. & alii: de quo et-
iam fusiūs Dicastillo De Pœn. disp. 10.
n. 262.

Atque hoc etiam extendunt ad no-
vitios, Joannes de la Crux, & alii;
& quidem satis probabiliter, ait Dia-
na *supra*, Bordonus n. 51. Pourré *ibid.*
fine.

Quod, si in Bullâ præcisè poneretur
nomen *Ordinarii*; tunc multò proba-
baliùs diceretur, & absolute dicere
ait Gobat n. 230. cum Filliucio 275.
Lezanâ, & aliis, sufficere pro Regu-
laribus approbationem Prælati Reli-
giosi. Testatur ipse Filliucius, ita reſ-
ponſum esse ſapè in ſacrâ Pœnitentia-
riâ, addens hanc reſpoſionem funda-
ri in benignâ interpretatione vocis
Ordinarii, & intentione Summi
Pontificis Indulgentiam conceden-
tis.

Certè nomine *Ordinarii* abſolutè
prolato, intelligi (niſi materia ſub-
iecta aliud poſtulat) quemvis ordi-
nariâ Jurisdictione exteriore prædi-
tum,

S. 9. De Electione Confessarii. 211.
tum, tradit ex communi Sanchez De
Matrim. l. 3. disp. 29. n 4.

Pro eâdem Sententiâ refert quam-
plurimos Pourré paulò antè citatus,
additque esse conformem cuidam
Constitutioni Clementis VIII. 3. No-
vembris 1590. quam refert Quaranta
in Bullario v. Confessor, p. 197. im-
press. Venetæ 1614. cuius etiam me-
minit Bonacina *suprà*, & Ascanius
Tamburinius De Jure Abbatis. to. 2. disp.
6. q. 17. n. 2. quem lege.

Et quidem, stante istâ sententiâ,
posse Regularem confiteri Confessa-
rio approbato à Prælato alterius Or-
dinis, docenteyn, Fernandez
& alii, apud Diana p. 3. tr. 2. R. 21.
& Simonem Pourrè *suprà* n. 9. appro-
bantem, contra Bordonum, Fabrum,
Bossum, apud eundem Pourrè n. 8.

Non posset tamen Sæcularis elige-
re talem Regularem approbatum à
solo Prælato Regulari: Quia hic non
est Ordinarius Sæcularium, Filiucius
suprà, Diana p. 1. tr. II. R. 7. fine cum
Nugno.

Q. 3. Qui-

212 P. 3. De Jubilæo extraordinario.

Q. 3. Quinam intelligantur nomine Ordinariorum loca, seu locorum, à quibus debent esse approbati Confessarii facultatibus Jubilæi?

R. Probabiliter intelliguntur Ordinarii locorum, in quibus fit confessio; ut docent Lugo De Pœnit. disp.

21. n. 14. & 35. Thom. Tamburinus de Sacram. l. 5. c. 5. §. 4. n. 11. & Tract. de Bullâ Cruciatæ cap. 11. §. 1. n. 1. Bertrandus Lotht Tract. 21. art. 8. post med. &c.

Q. 4. An, qui est approbatus limitate, v. g. pro viris, non pro mulieribus; pro rusticis, non pro mercatoribus, &c. possit eligi ab omnibus illimitate?

R. Negativè, cum Suarez disp. 28. sect. 7. n. 3. De Lugo suprà n. 16. citante Emmanuëlem Rodriquez, Villalobos, Homobonum, & alios; Bordono Resol. 34. n. 54. Th. Tamburino sup. §. 4. n. 29. Gobato n. 233. &c. contra plures.

Idem ferè dicendum, & dicunt prædicti Authores de approbato limitate ad unum oppidum, pagum, &c.

S. 9. De Electione Confessarii. 213
&c. ut videro potes apud De Lugo
sup. n. 23. qui docens cum Filliucio,
Nugno, & aliis, talem non posse eli-
gi ubique, sed tantum intra istud op-
pidum, concludit: Requiritur ergo ap-
probatio, vel universalis, vel certè respe-
ctiva ad talem confessionem, ut ad illam
possit eligi per Bullam, aut Jubilæum.

Q. 5. An possit eligi Excommunicatus,
Suspensus ab exercitio Jurisdictionis, Irre-
gularis quoad Jurisdictionem?

R. Negativè. Id quod magis di-
cendum de Deposito, Degradato.
Tum ex praxi: Tum quia Pontifex
per Bullam Jubilæi neminem restituit
suo gradui, aut absolvit à vinculo,
quo quis tenetur. Ergo Censuratis, &
aliis ejusmodi, nihil patrocinantur
generalia verba: *Confiteantur cuilibet*
approbatō Confessario. Gobat n. 236.
& seq. Vide infrà, q. 8.

Q. 6. An possit eligi Confessarius com-
plex criminis, si à legitimo Superiore ab-
lata sit Confessario potestas absolvendi
complicem?

R. I. Si ista potestas ablata sit per
appro-

214 P. 3. De Jubilao extraordinario.
per approbationem restrictam, seu ex-
cludentem crimen complicis, non
potest eligi à socio criminis ille Con-
fessarius: Quia hic non est approba-
tus pro tali peccato respectu illius.

R. 2. Quando adest prohibitio Su-
perioris, quā Confessarius prohibe-
tur ne absolvat à peccato, cuius ip-
se fuit complex (quā ratione, teste
Bonacinā, *De Sacram. disp. 5. q. 7. p. II.*
5. §. 5. n. 10. prohibetur in Diocesi
Mediolanensi, etiam sub pena ex-
communicationis) Negat fusē ibi-
dem Bonacina, maximè pro istā suā
Provinciā Mediolanensi, talem Con-
fessarium posse eligi à tali Pœnitente;
imò oppositum sentientes, dicit, in-
eptè ductos fuisse ad afferendum,
suamque sibi sententiam constanter
& indubitanter tenendam putat.

Q. 7. An possit eligi Sacerdos Regula-
ris, approbatus quidem simpliciter ab E-
piscopo, sed inscio & invito seu prohibente
superiore?

R. 1. Non posse eligi talem Regu-
larem, si sit è Religione, ubi rece-
ptum

ptum est Breve Julii III. anno 1551.

17. Januarii concessum ad instantiam & supplicationem Generalis Ordinis Prædicatorum, & in Capitulo Generali Salmanticæ celebrato acceptarum, ut testatur Emm. Rodriguez *to. I. quæst. 6. a. 3.* & post eum Miranda *Manuali Prælat. Parte. I. q. 45. a. 12.* referens istud Breve; Non posse, inquam, eligi talem Regularem, docent *idem Rodriguez & Miranda ibidem*, Joannes de la Crux *de Statu & Privileg. Relig. l. 2, c. 6. concl.*
I. Laurentius Portel Dub. Regular. v.
Confessor Regularis, n. 9. Bordonus Resol. 36. n. 42. &c. Quia, inquiunt, vi istius Brevis, approbatio talis est irrita & nulla.

R. 2. Regularis taliter approbatus ut in titulo quæstionis, si sit è Religione, ubi non est receptum istud Breve (non constat autem esse ab aliis Religionibus, quam à Dominicanis, acceptatum, ut notat Castropalao) nec habetur simile Statutum irritans confessiones exceptas

215 P. 3. De jubilao extraordinario.
præs sine licentiâ Superiorum; potest
eligi validè vi Jubilæi. Nihil enim de-
est ad validitatē. miranda *suprà*, Emm.
Rodriquez *suprà*, si attentè legatur,
Graffius, Zerola, & alii apud Bordo-
num dissentientem *Resol.* 36. n. 43;
Layman *l. 5. tr. 6 c. 10. n. 19.* Ca-
stropalao *n. 23.* Trullenck de Bulli
Cruc. l. 1. §. 7. c. 1. dub. 6. n. 8. cum
multis aliis, quos etiam citat & seque-
tur Diana *p. 1. tr. II. R. 13.*

R. 3. Regularis taliter approbatus
in scio scilicet & invito suo Prælatob
excipiens confessiones, peccabit gra-
viter, secundùm Emm. Rodriquez,
Mirandam, Layman, Castropalaum
suprà, &c. sed secundùm Molfesium
& Megalem citatos & approbatos
à Diana *suprà*, Thom. Tamburinum
De Sacram. l. 5. c. 5. §. 2. n. 37. Trul-
lenck. sup. &c peccabit mortaliter
vel venialiter, juxta obligationem
Constitutionum suæ Religionis,
mortalem aut veniale, seu juxta
majorem aut minorem præcepti dati
vigorem.

Recte

Q. 9. De Electione Confessorii. 217

Rectè autem observat Tamburinus n. 38. non esse fidendum approbationi & jurisdictioni concessæ Regulari ab Episcopo, Superioribus ignorantibus; multò minù, contradicentibus. Si enim ejusmodi ignorantia vel contradicatio Episcopo non sit nota, magnum periculum est, ne ista concessio sit subreptitia, atque adeo nulla; cùm sit per fraudem extorta, aut ex errore facta. Etenim Episcopi absolute (nisi exprimant) concessionem illam non faciunt, independenter à consensu Superiorum Religionis; ut tradunt Angelus, Adrianus, & alii, apud Dianam *sup. R. 13.*

Q. 8. An possit eligi Confessorius Regularis, ab Ordinario quidem approbus, sed per sententiam, aut simplez mandatum à suis Superioribus prohibitus ne Secularium confessiones audiat?

R. Si ista sententia judicialis sic notoria, Negant posse eligi Emm. Rodriguez To. I. q. 60. a. 2. & in Addit. ad Bullam Cruciatas. 9.n. 7. &

K

8. Joan-

218 P. 3. De Jubilao extraordinario.
¶ 8. Joannes de la Crux de Statu &
Privil. Relig. l. 2. c. 6. concl. 2. citans
Silvestrum, & Ludovicum Lopez,
& afferens Privilegium Leonis X.
concessum Ordini Prædicatorum, si-
mile Privilegio Julii III. de quo q.
precedenti; item Miranda Man. Prelat.
p. I. q. 45. a. 13. concl. 3. & alii, apud
Dianam p. 5 tr. 12. R. 50.

Affirmant universaliter & absolu-
tè ipse Diana etiam p. 1. tr. II. R. 13.
fine, cum Ledesma, A Costa, & aliis;
Trullenck sup. n. 7. Tho. Tamburi-
nus sup. n. 36. Pourré p. 2. c. 2. n. 15.
Quia Superior Regularis non potest
privare Subditum Religiosum juris-
dictione concessâ, vel concedendâ
Summo Pontifice. Et hanc senten-
tiam censet etiam practicè probabi-
lem Gobat n. 232. censens tamen ne-
gantem probabiliorem.

Peccabit tamen talis Regularis
exponens se ad audiendas confes-
siones: Quia (inquit Tamburinus)
Superior Regularis, licet jurisdictio-
nem concessam à Pontifice, vel etiam
ab

ab Episcopo, abolere nequeat ; tam
en potest Subditum regere in usu
talis jurisdictionis. Si ergo illum per
juridicam sententiam prohibet, vi-
detur sub gravi & mortali prohibere.

Peccaret item Pœnitens, qui sciens
eligeret talem Confessarium : quia
formaliter cooperaretur peccato isti-
us Confessarii ; cùm, ut supponitur,
non desit copia alterius Confessarii
non impediti, à quo æquè commo-
dè juvari possit. De quo in Tract. de Sa-
cram. ubi queritur, An liceat suscipere
vel petere Sacramentum ab eo, qui scitur
in administratione peccaturus ?

Nota obiter, quod Superior
prohibens alicui ne confessiones
audiat, non censendens sit omnino
privare illum facultate & jurisdic-
tione. Itaque, ut rectè monent Suarez
to. 4. de Relig. tr. 10. l. 9. c. 2. n. 7.
Layman l, s. tr. 6. c. 10. n. 19. Ca-
stropalao De Pœnit. pu. 14. n. 7. & alii
spectanda est Superioris intentio &
& quidem, si ob inscitiam Confessa-
rii, vel timorem indignæ admini-

220 P. 3. De Jubilao extraordinario.
strationis , vel in pœnam alicujus
delicti , prohibitio fiat , signum est
ablatæ facultatis ; secùs autem , si
prohibitio tantùm fiat per modum
ordinariæ obedientiæ simplicis , ut
talis in eo munere non occupetur ,
sed in aliis : tunc enim non censetur
auferri jurisdictione , nec prohibitio
fieri cum obligatione in conscientiâ ;
inquit Suarez ibid.

Quando igitur Superior intendit
obligare , vel omnino privare ; debet
id clarè explicare : & in dubio debet
Subditus abstinere , donec certior
fiat de intentione Superioris ; ut mo-
net idem Suarez.

Et nisi prohibitio seu privatio
publica & notitia sit , Confessiones
factæ tali Confessario semel legitimè
exposito , validæ erunt ob jurisdictionem
à jure traditam ei , qui cum
errore Populi titulum coloratum ha-
bet , juxta L. Barbarius , ff. de Offic.
Prætor. ut tradunt Emm. Rodríguez , Miranda , Joan. de la Crux ,
locis

S. 9. De Electione Confessarii. 221

locis initio hujus quæst. 8. citatis, Layman *suprà*, & fusiùs l. i. tr. 4. c. 22. n. 9. Castropalao *suprà*, & alii communiter.

Vide Navarrum *Manuali* c. 9. n. 9. ubi in alio simili casu dicit & probat quod valida sit confessio & absolutio illi Pœnitenti concessa, qui præ ignorantia confessus est Sacerdoti vinculo excommunicationis interdicti, vel suspensionis irretito, non tamen notoriè tali, nec publicè ut tali denuntiato.

Q. 9. An Regularis approbatus ab Episcopo, dimissus postea è Religione, sit eligibilis vi Jubilæi?

Respondet affirmativè Diana p. II. tr. 4. R. 13. fine: Quia adhuc durat approbatio. Sed Th. Tamburinus *De Sacram.* l. 5. c. §. 2. n. 41. de duratione istius approbationis, uti & jurisdictionis, quam communiter solent dare Episcopi approbando, valde ambigit, & meritò, propter tantam personæ & statûs in deterius mutationem.

K 3

Econ-

E contrario, num. 42. assentitur Tamburinus Bordono Resol. 36. n. 88. dicenti, Sacerdotum Sæcularem, cui Episcopus concessit potestatem excipiendi confessiones suarum Ovi- um, ingressum in Religionem, posse valide easdem excipere: *Quia hic*, inquit, *non militat involuntarium Epis- copi*, sed fayet maxima ejus voluntas, propter oppositam rationem, scilicet, quia mutatio persona est in melius.

Q. 10. An Confessarius legitime approbatus, teneatur admittere electionem sui factam à volente lucrari Jubileum?

R. Affirmative, ita ut peccet gra- viter, si commode potens, nolit il- lius confessionem excipere, commu- tare vota, &c. Sanchez in Decal. l. 4. c. 54. n. 12. citans Aragonium, Vi- valdum, Sayrum, &c; Gobat n. 298. Bordonus approbatus à Pourré p. 6. 4. fine. Ratio est: Quia talis Con- fessarius est judex delegatus à supre- mo omnium Fidelium Pastore in Pœ- nitentis favorem, petentis jus ex privilegio illo sibi concessum.

SEC-

SECTIO X.

DE ABSOLUTIONE A PECCATIS

Q UÆST. I. An detur facultas absolvendi ab omnibus peccatis?

RRSP. Affirmative. Patet ex verbis Bullarum.

Hinc I. Datur facultas à casibus Episcopo reservatis, etiamsi in ipsâ Bullâ non exprimeretur, uti expressa fuit in aliquibus. Ethæc est communis intelligentia Doctorum, & praxis. Pro quo videri possunt Layman l. i. tr. 5. p. 1. c. 7. n. 5. Bordonus 10. I. R. 39. n. 18. Gobat n. 491. & seqq.

II. Datur facultas absolvendi etiam ab heresi, cum ejus exceptio non exprimitur. Aliqui Pontifices eam aliquando exceperunt, aliquando non, etiam iidem, & alii. Quando ergo non excipiunt, censendi sunt dare facultatem absolvendi ab illâ, maximè cum sciant ita doceri & practicari à multis.

224 P. 3. De jubileō extraordinario.

Et ita docet Fillius tr. 8. n. 265.
qui dicit, ita fuisse responsum in sa-
crâ Pœnitentiariâ anno 1616. occa-
sione Jubilæi mense Junio à Paulo
V. concessi; & de quo ipse tunc scri-
bebat Pœnitentiarius, & fungens of-
ficio Responsoris Quæstionibus, ut ip-
se loquitur, *conscientia*; Ita ut ne queat
dubitar idem veritate hujus testimo-
niī.

Affert autem & solidam, prater
alias, suæ responsionis rationem: Quia
id necesse est ad finem recipiendi the-
saurum Indulgentiarum pro omnibus Fi-
delibus: alioqui multi destituti essent
necessariæ facultate ad se disponen-
dum pro ejus receptione.

Eandem sententiam tenent So-
tus, Lorca, Corduba, Farinacius,
& alii benè multi, apud Dianam p. l.
tr. §. R. I, referentem ita fuisse de-
cisum Placentiarum ab Episcopo & In-
quisitore illius Civitatis, Cardinali
Arezzo; item apud Castropalaum to.
4. disp. 4. pu. 3. §. 4. qui & illam cen-
set probabilem; Cardinalem de

Lugo

S. 10. De *Absolutione à peccatis.* 225
Lugo, De *fide disp.* 23. n. 100. qui n.
102. & 103. apertè favet huic senten-
tiæ propter mutationem styli, quo
nunc non habetur expressa exceptio
hæresis, quæ prius aliquando habe-
batur. Censet & probabilissimam
Bonacina, De *Censuris in communi,* q.
3. pu. 1. n. 14. Fagundez, De 2. Eccl.
præc. l. 8. n. 39. valdè probabilem &
securam, citatq; plurimos Theolo-
gos & Canonistas.

Refertur Bossius cum aliis, (apud
Dianam p. 12. tr. de *Conclavi*, R. 19.
proponentem casum consimilem
pro summo Pœnitentiario) afferens,
quod si Pontifices in aliquo Jubilæo
concederent absolutionem ab omni-
bus Casibus Bullæ Cœnæ, casum hæ-
resis tamen excludendo; si posteà
in aliis Jubilæis concedant talem
absolutionem, & casum hæresis
non excludant; videntur illum uti-
que concedere: nam si noluissent,
id explicarent in aliis Jubilæis, ut
fecerant. Nempe & hîc valet com-
mune Juris Axioma: *Quando voluit,*

K 5 expressit;

226 P. 3. De Jubilao extraordinario.
expressit; ergo quando non expressit,
non voluit: nam si voluisset, expres-
sisset.

Eandem sententiam absolutè do-
cet Arsdekin P. 3 agens de Jubilao, his
verbis: Datur facultas absolvendi à Ca-
sibus reservatis, etiam in Bullâ Cœnæ:
nec excipitur hæresis, nisi id exprimatur.
Coninck, de Sacram. disp. 14, n. 245.
Credo, ait, omnino eam sententiam (af-
firmantem) esse veram in locis multum
bæresi in fætis, aut iis vicinis, in quibus
alias ejusmodi privilegia essent magnæ ex-
parce inutilia.

Pro eâdem sententiâ firmiter stat
Gobat n. 248. & seq. citans etiam San-
ctarellum, Coronium, Ferdinandum
Hauckium; & iterum n. 469. Et ta-
lis est sensus etiam aliorum Theo-
logorum.

Quod si quis obijciat quædam De-
creta seu Rescripta & Declarationes
quorundam Pontificum, qui signi-
ficaverint non dari potestatem absol-
vendi ab hæresi tempore Jubilai, nisi
exprimatur; responderi poterit,

vel

S. IO. De Absolutione à peccatis. 227

vel de illis non constare authenticè ;
vel intelligenda esse pro iis locis, in
quibus viget sacra Inquisitio. Hic Ca-
sus (ait Emm. Rodriquez Lusitanus,
Sum. p. I. c. 184. n. 2.) commissus est in
foro interiori & exteriori Dominis Inqui-
sitoribus hujus Regni (Lusitaniae) per
Breve particulare.

Sic intelligenda sunt Decreta In-
nocentii X. & Alexandri VII. de
quibus Raymundus Lumbier, Car-
melira Hispanus, Observat. ad Propo-
sit. damnatas, n. 36. & 701. Item Re-
scriptum Innocentii X. 18 Octobris
1652. ad Memoriale Inquisitoris To-
letani, quod sibi legendum præbuif-
se dicit Diana p. 12. rr. de Conclavi R.
25. Vide Gohar, Appendix, quam
ipse, in postremā anno 1681. editio-
ne Operum suorum, addidit ad num.
249. Tract. de Jubilao.

Adverte, quod si exciperetur cri-
men hæresis, non ideo ceuferentur
excepti alii casus, qui reddunt homi-
nem suspectum de hæresi, ut favor,
receptatio, & defensio hæretico-

K 6

rum,

¶ 28. P. 3. De Jubilao extraordinario.
rum , eorum librorum lectio, im-
pressio , & retentio , blasphemia
hæreticalis ; si revera isti casus non
essent conjuncti cum hæresi formalis.
Ita Sanchez in Decal. l. 2. c. 12. n. 12.
idem dicens de schismate , de quo
fuerat locutus num. præced. Henri-
quez, Suarez, Duardus, & alii com-
muniūs , quos citant & sequuntur
Diana p. 1. tr. 5. R. 7. Lugo de Fide disp.
23. n. 105. Gobat n. 250.

Q. 2. An possit quis sapienter
servatis tempore Jubilæi ?

R. 1. Qui primâ hebdomadâ lu-
cratus est Jubilæum , si secundâ in
aliquem casum reservatum incidat ,
poterit ab illo absolvî , saltem si de-
nuò repeatat opera præscripta. Na-
varrus de Jubilao Notab. 23. n. 46. &
47. Henriquez l. 6. c. 16. n. 3. & l. 7.
c. 11 n. 1. addens sic esse in praxi ,
possèque absolvî ab hoc casu , &
reliquis commissis post publicatio-
nem Jubilæi. Ita cum iisdem Emm.
Rodriquez summ. p. 1. c. 184. n. 17.
Regi-

Reginaldus l. 8. n. 64 Diana cum aliis multis p. 2. tr. 3. miscell. R. 49. & p. 5 tr. 12. R. 28. Gobat n. 256. & haud dubiè omnes ii , qui tenent Jubilæum posse bis acquiri ab eo qui utrâque septimanâ opera præscripta peragit; de actum est suprà, sect. 2. q. 7. Ità etiam Castropalao tr. 24. pu. 12. § 3. n. 6. Dicastillo tr. 8. de Pænit. disp. II. n. 259. quamvis uterque teneat ut probabiliorem sententiam negantem posse bis obtineri Indulgentiam Jubilai , hic tr. 9. disp. 2. n. 319 ille loc. cit. n. 4.

R. 2. Imò probabiliter potest absolvi, etiamsi non repeatat opera præscripta. Emm. Rodriquez suprà, nullam faciens mentionem repetendi. Emm. Sà v. Indulgentia n. II. sic habet: *Toto tempore Jubilæi potest quis absolvi à reservatis, si talis potestas per Jubilæum conceditur.* Ita etiam tenet Diana Resol. illâ 49. Quia, inquit Rodriquez, cùm iste sit faver, non debet restringi.

Et istam sententiam, pro quâ et-

K. 7

iam

230 P. 3. De Jubilao extraordinario.
iam citant Graffium , probabilem
censem Bonacina De Sacram. Disp. 5,
q. 7. pu. 5. §. 2. n. 17. Caltropalao , &
Dicastillo suprà.

Collige , multò magis posse quem
sæpius intra eandem septimanam ,
seu , idem tempus quo præstat opera
præscripta ad Jubilæi Indulgentiam ,
absolvi à reservatis , in quæ interim
fortè incidisset. Et ita etiam San-
chez , nobis contrarius in præceden-
tibus l. 4. in Decal. l. 54. n. 30 , tener-
n. 26. dicens posset tories quoties com-
mutari vota durante Jubilæo , seu ,
durante tempore quo facit opera
præscripta. Et hoc etiam tenet Card.
De Lugo De Penit. disp. 20. n. 140.

Imò , si quis breviori tempore
quam integræ hebdomadæ peragat
omnia opera , quia videlicet Confes-
farius ex justâ causâ commutavit in
opera uno aut altero die peragenda ;
tenet idem Sanchez n. 28. posse in-
tra totum tempus illius hebdomadæ
absolvi à casu reservato , si fortè
in illum inciderit ; affirmans spa-
tium

S. 10. De Absolutione à peccatis. 231

tium totius hebdomadæ reputandum
esse tempus pro concessione Jubilæi,
in ordine ad absolutionem à re-
servatis, & votorum commutatio-
nem, tametsi breviori tempore ob-
tentum sit.

Et hoc etiam ultimum à fortiori
dicit Castropalao n^m. illo 6. & pro-
babile putat Dicastillo disp. illâ 11. n.
263. Et confirmari potest ex eo quod
dicit Lugo de Pœnit. disp. 27. n. 106. af-
signari unam hebdomadam singulis
ad lucrandum Jubilæum: quod in-
tellige, non de solâ Indulgentiâ lu-
crandâ, sed etiam de aliis favori-
bus.

Q. 3. Quandonam possit dari absolutio
à Casibus reservatis?

R. 1. Potest dari, antequam Pœni-
tens quidquam aliud ex præscriptis
faciat; dummodò is habeat verum
propositum præscripta perficiendi:
aliogai non valet absolutio.

R. 2. Debet fieri intra tempus
Jubilæi; sed hoc videtur moraliter
intel-

232. P. 3. De Jubilæo extraordinario.
intelligendum. Filiucius tr. 8. n.
272. dicit, Non videri dubium, quin in
die Dominico, quo solet promulgari Ju-
bilæum, confessio in illo facta valeat à
tempore publicationis. Lugo De Pœnit.
disp. 27. n. 106. Ipsâ, inquit, Die
Dominicâ, quâ promulgatur Jubilæum,
Confessarii absque scrupulo absolvunt à
reservatis, ut testatur Filiucius, modo
citatius.

Q. 4. An, qui, ante omnia alia opera,
absolutus est à Censuris & peccatis reser-
vatis, habens verè tunc animum alia pre-
stanti; si postmodum vel ex impotentiâ,
vel ex oblivione, vel ex merâ pigritiâ,
omittat omnia alia, aut aliqua; perma-
neat nihilominus verè absolutus?

R. Affirmativè: Non ergo reinci-
det in reservationem aut censuram.
Ratio est: Quia Confessarius absolu-
tè & simpliciter illum absolvit, &
non ad reincidentiam: neque ad hanc
absolvendi data est illi à Pontifice
potestas. Navarrus Mischell. 59. de O-
rat. Henriquez l. 6. c. 16. n. 6. &c.
7. 60

S. 10. De Absolutione à peccatis. 233
7. c. II. n. 4. Vasquez De pænit. q.
93. art. 3. dub. 6. n. 6. Layman. c. 8.
n. 9. Platelius p. 5. n. 914. & alii com-
muniter.

Idem dicendum, si quis taliter ob-
tinuerit commutationem votorum :
Neque enim redeunt vota, si opera
deinde non præstet. Atque ita etiam
sentiunt Suarez to. 2. De Relig. l. 6. de
voto, cap. 16. n. 10. Sanchez in Decal. l.
4. c. §4. n. 49. Portel Dub. Regular. v.
Indulgentia pro Jubil. n. 19. Castropa-
lao tr. 24. pu. 12. n. 11.

Q. S. An peccet talis, qui absolutus
mutat propositum perficiendi opera , ex
merâ pigritiâ ?

R. Non peccat , saltem graviter.
Henriquez suprà num. illo 6. Quia ,
inquit , propositum implendi a-
llias diligentias , quod habebat
cum absolveretur , non induxit pa-
ctum vel promissionem. Ita etiam
sentiunt Sanchez n. 54. Portel sup.
n. 20. Bonacina q. 7. pu. 5. fine, Lu-
go disp. 20. n. 100. Castropalaon. 13.
Bartholomæus à sancto Fausto ,

Thefauro

134. P. 3. De Jubilao extraordinario.
Thesauro Relig. l. 4. q. 73. &c alii, contra Suarez & alios affirmantes peccare graviter.

Q. 6. An talis absolutus à reservatis, posset postea à Confessario non habente potestatem in reservata, absolvit ab aliquo reservato, in istâ confessione per oblivionem omisso?

R. Censem probabilius posse, Sanchez supra n. 45. & De Matrim. l. 8. disp. 15. n. 21. Filliucius tr. 7. n. 313. Portel n. 19. Diana p. 3. tr. 4. R. 145. Lugo n. 101. Castropalao n. 11. Dicastillo, De Pænit. disp. 11. n. 163.

Ratio est: Quia, cùm confessio illa valida fuerit (ut supponimus) Confessarius absolvens directè à sibi declaratis, & indirectè ab omissis per oblivionem, virtute Jubilæi, intendit omniò auferre reservationem: cùm absolvat quatenus potest, & reverà possit.

Idem est de omissis ex iusta causâ, quæ excusat ab integritate materiali confessionis. Lugo n. 116. Dicastillo sup. & alii.

Non

Non est autem idem dicendum de votis tunc oblitis: non enim poslunt, transacto Jubilæo verè non comparato, commutari, quantumvis alia specialia sint commutata. Quia, cùm ea non sint verè sublata, nec auferendi privilegium sit obtentum, non poterunt auferri. Sanchez cap. illo 54. & disp. illâ 15. n. 23. Portel. n. 19.

Nota , probabilius nullam fore absolutionem à reservatis, si confessio non fuerit valida ; ac consequenter, si oblivio alicujus reservati fuerit ita culpabilis, ut Sacramentum sit invalidum , remanebunt omnia reservata perinde ut ante istam confessionem. Facultas enim absolvendi à reservatis tempore Jubilæi conceditur in ordine ad consequendum Jubilæum , ad quod prærequisitur confessio , utique valida ; ut antè dictum est. Emm. Rodriguez sum.p. l.c. 184. n. 13. Bonacina q. 7. pu. 5. §. 5. n. 8. & 9. cum Sanchez locis sup. citar. Suarez De Savram. Pœnit. disp. 31. sect. 4. n. 22. Reginaldo & aliis , quibus

236 P. 3. De Jubilæo extraordinariorum
quibus etiam magis adhæret Gobat-
tus n. 265. Th. Tamburinus de Pœ-
nit. tr. de Casibus reserv. c. 9. §. 5. n. 4.
Castropalao de Pœnit. pu. 15. §. 6. n. 3.
dicens, *De oblitis vincibiliter, manife-
stum est non tolli reservationem.* Enim
verò ratio à nobis allata videtur non
nemini adeò efficax, ut non videat,
quomodò opposita sententia sustine-
ri possit tanquam probabilis.

Contrarium tamen sentiunt Ca-
jetanus *Summ. v.*, Casuum reservatio,
Zechius de Indulgentiis c. 2. n. 8. Hen-
riquez l. 6. c. 6. n. 5. citans multos: &
aliquot citat Comitolus *Resp. moral.*
l. 1. q. 30. quorum sententiam cen-
sent probabilem Bonacina num. il-
lo 9. Diana p. 1. tr. II. R. 18. &
admittit Lugo *De Pœnit. disp.* 20.
n. 110. si pœnitens non advertit
defectum; & cum eo Dicastillus
de Pœnit. disp. II. n. 175. & Go-
batus *suprà*.

Addunt Filliucius n. 313. Bonaci-
na n. 8. cum aliis, etiam tempore Ju-
bilæi,

S. 10. De Absolutione à peccatis. 237
bilæi, si confessio fuerit valida & in-
formis, tunc & validam fore absolu-
tionem à reservatis.

Q. 7. An possit quis tantum dimidiatè
confitens, v. g. propter temporis angustias,
casus intricatos, &c. absolvi à casibus re-
servatis, dilatâ absolutione aliorum in
tempus commodius post Jubilæum?

Affirmant Emm. Rodriquez Sum.
p. I. c. 184. n. 12. Zecchius paulò antè
citat⁹; nec improbat Laurentius por-
tel Dub. Regular. v. Indulgentia n. 6.

Verum dicendum est, non pos-
se. Quia non licet dimidiare con-
fessionem nisi ex gravi causâ & ne-
cessitate, quæ inducat impossibili-
tatem physicam vel moralem inté-
grè confitendi omnia peccata mor-
talia; ut benè explicat Joannes de
Cardenas Crisi Theolog. dissert. 38. ad
proposit. 59. è 65. damnatis. Sic autem
habebat ista Propositio: Licet Sacra-
mentaliter absolvere dimidiatè tantum
confessos ratione magni concursus Pœni-
tentium, qualis v. g. potest contingere in
die

238 P. 3. De Jubilao extraordinario.
die magna alicujus Festivitatis aut Indul-
gentiae.

Quod si casus sint Papales , cum
omnes (excepto , ut observat Lugo
disp. 20. n. 25. casu male promoven-
tium & male promotorum ad Or-
dines) habeant annexam censuram,
hac sublatâ per habentem legitimi-
mam potestatem , potest absolve-
re Sacramentaliter quivis approba-
tus. Navarrus Manuali c. 27. n. 261.
Suarez de Pœnit. disp. 30. sect. 3. n. II.
Portel v. Casus reservatus n. 5. Bona-
cina de Pœnit. q. 7. pu. 5. §. 2. n. 4. &
alii communiter.

Non potest igitur etiam Superior
absolvere à reservatis tantum , non
auditis aliis ; licet aliqui docti viri
ex antiquis contrarium senserint: qui
verum asserunt , si de absolutione
non Sacramentali , sed de Canonica
tantum , seu de ablatione reservatio-
nis , loquantur.

Vel ergo Superior audiat omnia
etiam non reservata ; vel audiens
reser-

3. 10. De Absolutione à peccatis. 239
reservata extra confessionem , tol-
lat reservationem , seu mittat ad
inferiorem , cui conferat faculta-
tem absolvendi à reservatis. Lay-
man. l. 5. tr. 6. c. 12. n. 8. Lugo de Pe-
nit. disp. 20. n. 76. cum Adriano ,
Silvestro , Suarez , Vasquez , &
aliis communiter , quos sequuntur
Gaspar Hurtadus De Sacram. disp. II.
diffic. 15. Joannes Garnerius Tract. post-
humo de Offic. Confessar. sect. 2. art. 5.
n. 14. & 15. Tamburin. Meth. Con-
fess. l. 2. c. 10. §. 1. n. 27. & Tract. de
Cas. reserv. c. 9. §. 7. Alloza v. Casus
reservatus , sect. 1. n. 33.

Quòd si eslet causa & necessitas
gravis , qualis requiritur ad facien-
dam confessionem tantum formaliter
integral , & tamen judicaret
Superior omnino expedire ut ipse-
met casum cognosceret (qui casus
est rarissimus) posset tunc dimi-
diari confessio. Layman suprà. Por-
tel n. 21. Lugo n. 78. Raym. Bonal
tr. 26. lect. 50. Tamburinus &c.
Sed non teneretur postea Pœnitens

reler-

240 P. 3. De Jubilao extraordinario.
tens reservata illa , à quibus absol-
visset Superior , confiteri iافeriori.
Suarez disp. 31. sect. 1. n. 10. Lay-
man, Portel. *supra*, Lugo n. 82. cum
Navarro , Petro Soto , Valentiā ,
Coninck, & aliis, contra Cajetanum,
& alios , apud eundem Layman.

*Q. 8. An reservatio possit tolli extra
confessionem Sacramentalem?*

R. Potest tolli ab eo , qui habet
potestatem ordinariam ; non potest
ab eo qui solum habet delegatam,
ut virtute Jubilæi , Privilegiorum ,
&c. usu ita declarante : ex quo con-
stat , ei non aliter delegari hanc po-
testatem , quam auditâ confessione
exercendam. Præpositus q. 9. n. 24.
Lessius *Auctar. posthumo*, v. *Absolutio*,
casu 8. Lugo n. 104. & III. cum
Suarez, Vasquez ; Bordonus *Re-*
sol. 39. n. 30. Gobat n. 279.
& *Theol. experim. tr.*
7. n. 642.

SECTIO

SECTIO XI.

DE ABSOLUTIONE A CENSURIS.

QUÆST. I. *An possit dari absolutione à Censuris extra Confessionem sacramentalem?*

R. Poteat dari; atque adeò ab illo, cuinon cogitas confiteri. Sanchez De Matrim. l. 8. disp. 34. n. 30. Avila, & alii plurimi, quos affert & sequitur Diana p. I. tr. II. R. 25. Et hoc, etiam si additum esset, auditâ confessione.

Additque Diana se sàpè ita practicasse, & sàpè expedire ut ita fiat; ut, si reus non sit paratus ad statim confitendum, & adsint causæ, ob quas expeditat eum statim absolvit à Censuris.

Hoc etiam locum habet in Religiosis, qui vi suorum privilegiorum absolvunt à Censuris. Navarrus (mutatâ, quam alibi docuerat, sententiâ) b. s. Consil. II, n. 2. De Privileg. edit. 2.

L

cita-

242 P. 3. de Jubilao extraordinario.
citatus à Laymano l. 5. tr. 6. c. 10. n.
21. Dianâ p. 3. tr. R. 20. & aliis idem
sentientibus. Quam sententiam ut
communem sequuntur Emm. Rodri-
quez to. 1. Quæst. Regular. q. 61. n. 7.
Lessius opere posthumo, v. Absolutio, Ca-
su 8. Præpositus q. 1. De Censuris n. 105.
& seqq. Gaspar Hurdato De Sacram.
disp. 15. diffic. 5. Gobat de Sacram. tr. 7.
n. 642.

Et quidem, etiamsi forma Privile-
gii diceret, absolutionem esse dan-
dam in foro pœnitentiali ; ut docet
Suarez (mutatâ itidem sententiâ)
Tract. de Legibus, l. 8. c. 6. n. 15. & 16.
& to. 4. de Relig. tr. 8, l. 2. c. 24. n. 12.
& tr. ult. l. 9. cap. 2. n. 27. junctis nu-
meris 20. 30. & 32. quibus locis forum
pœnitentiale à foro conscientiæ seu
interiori negat esse distinguendum in
hac materiâ, sed utrumque opponi
soli foro exteriori & contentioso.
Hanc sententiam approbant Præpo-
situs sup. n. 106. Layman supra, Go-
bat de Jubil. n. 259.

Pro

rio.
o. n.
idem
m ut
odri-
n. 7.
, Ca-
. 10.
cram.
tr. 7.
vile-
dan-
locet
ntiâ)
r 16.
2. 12.
s nu-
orum
e seu
m in
poni
oso.
epo-
Go-
Pro-

S. 11. De Absolutione à Censuris. 24;

Proinde non repugnat, talem ab-
solutionem dari absenti. Layman l. I.
tr. 5. p. 2. c. 6. n. 9. Diana p. 4. tr. 2. R.
103. Pourré v. Absolutio n. 57. & v.
Censura n. 13. cum Bonacinâ & aliis.
Non expedit tamen; &, ut licitè fiat,
requiritur causa urgens, ad reveren-
tiam Censurarum, & majorem hu-
militatem & cautionem censurati.
Castropalao De Censuris disp. I. pu. II.
§. 3. n. 10. Trullenck apud Dianam
modò citatum.

Sufficit igitur, si Pœnitens fateatur
seu agnoscat suam culpam, ob quam
incurrerit censuram, satisfaciat, aut ve-
lit satisfacere, juxta dicenda q. 3. &
seqq. Quamquàm Th. Tamburinus
Tr. de Bulla Cruc. & Tr. de Casibus reserv.
fine, & alii, rectè notant, non esse faci-
lè absolvendum extra Sacramentum
Pœnitentiæ.

Q. 2. Quandonam, & quoties possit da-
ri absolutio à Censuris?

R. Eo tempore, quo dictum est
sect. preced. posse dari absolutionem à
reservatis; & toties.

L 2

Q. 3.

244 P. 3. De Jubilao extraordinario.

Q. 3. A quibus Censuris possit dari ab-solutio?

R. Ab omnibus Excommunicationis, Suspensionis, & aliis Ecclesiasticis Sententiis & Censuris, à jure vel ab homine qua-vis causa, latis seu inflictis.

Non possunt tamen absolvī aut aliis favoribus frui ii, qui à Summo Pontifice & Apostolicâ Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice Ecclesiastico, excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in Sententias & Censuras incidisse declarati, vel publicè denuntiati fuerint, nisi infra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint. Ita Bullæ.

Q. 4. Quid intelligatur per Satisfactionem Partis, de quā modo loquebantur Bullæ?

R. Per Satisfactionem intelligitur restitutio honoris, famæ, bonorum, &c. ob quorum læsionem fuerat quis excommunicatus, suspensus, &c.

Nomine Partium, cum quibus est concordandum, intelliguntur illi, ob quo-

S. II. De Absolutione à Censuris. 245
quorum læsa bona fuit quis excommunicatus, &c. non autem intelligi-
tur Judex excommunicans, &c. Po-
terit ergo dari absolutio antequām
solvantur jura Judici, seu Tabellionis,
Fisco, &c. Suarez De Censur. disp. 7.
sect. 5. n. 47. Diana p. 1. tr. II. R. 22.
Tambur. de Casib. reserv. c. 12. §. 4.
n. 13.

Q. 5. *Quid, si Pœnitens non possit sa-*
tisfacere Parti?

R. Poterit absolvi. Diana ibid. R.
24; cum Barbosâ, Vasquez, Coninck,
Vegâ, & aliis communius. Debet ta-
men præstare cautionem vel pigno-
ratitiam, vel fidejussionem, aut sal-
tem juratoriam, pro rei qualitate;
Diana, Gobat n. 269. cum Suarez, &c.
aliis. Imò sufficere pro foro interno,
firmum propositum satisfaciendi
cum poterit, docet Diana p. 2. tr. 2.
miscell. R. 44. cum Navarro, Hen-
riquez, Joanne Valero, dicentibus
aliam cautionem requiri. solum pro
absolutione in foro externo. Et id.

L 3 pro-

246 P. 3. De Jubilæo extraordinario.

probat Naldus (apud Gobatum De Sacram. tr. 7. n. 145. vers. v.) ex Rituali Romano jussu Pauli V. edito : ubi, pro absolutione ab excommunicatione in foro externo, præscribitur ut absolvendus priùs satisfaciat Parti, si potest : quòd si tunc non potest , præbeat cautionem saltem juratoriam : at pro absolutione in foro interno, nihil ejusmodi præscribitur.

Et ita etiam tenent Layman l. 1, tr. 5. p. 2. c. 6. n. 8. Tamburin. De Causib. reserv. c. 12. §. 4. n. 16. cum aliis; benè etiam observans cum aliis, si impotentia non solum sit præsens , sed moraliter certò prævideatur, semper esse futura, nihil requirendum à Pœnitente : nam res frustranea requireretur.

Q. 6. Quid , si Pœnitens absolutus non fecerit juramento aut promissione satisfaciendi ?

R. Manet nihilominus absolutus, adeoque non reincidit in censuram, à quâ fuit absolutus, ut iterum dictum est

S. II. De Absolutione à Censuris. 247
est sect. præc. q. 4. Layman sup. n. 8. vers.
Duo insuper , Diana p. 5. tr. 9. R. II.
Tambur. sup. n. 17. &c.

Q. 7. Quid, si Confessarius, ante absolu-
tionem , omisisset exigere à Pœnitente
ut satisfaceret, aut saltem promitteret sa-
tisfacere?

R. Peccasset graviter, si sciens omi-
sisset : neque esset valida absolutio,
saltem si & pœnitens malâ fide acces-
sisset. Quia Bullæ satis apertè signifi-
cant, satisfactionem, &c. requiri tan-
quam conditionem necessariam ad
validam absolutionem, aliorumque
favorum acquisitionem. Neque inten-
dimus præsentes iis qui à Nobis & Apo-
stolica &c. (ut habes q. 3.) nisi infra
tempus duarum hebdomadarum satisfece-
rint, aut cum partibus concordaverint, ullo
modo suffragari posse aut debere.

Quare, licet, ex probabili admo-
dùm sententiâ, quando in Bullâ Cru-
ciatæ , aut aliis Privilegiis datur fa-
cultas absolvendi satisfactâ parte, et
iam his verbis, non absolvatur nisi satis-

L 4

satisfactâ

248 P. 3. De Jubilao extraordinario.
facta parte, valida sit, licet illicita, ab-
solutio data non praestitâ prius satis-
factione, aut datâ cautione, &c; quia
satisfactio ibi non ponitur ut condi-
tio sine qua non valeat absolutio; (de
quo videri possunt Sanchez De Ma-
trim. l. 3. disp. 33. n. 3. Gaspar Hurta-
do Disp. 14. diffic. 5. n. 22. Diana p. 5.
tr. 9. R. 12.) Tamen, si in Bullâ, seu
Privilegio, habeatur, Non posset absolu-
vere nisi satisfacta parte, &c. aliter non
valeat absolutio, &c. tunc non praestitâ
satisfactione, &c. absolutio esset in-
valida: Quia ista verba satis indicant,
satisfactionem, &c. requiri ut condi-
tionem necessariam ad valorem ab-
solutionis. Videri etiam possunt Lay-
man *suprà*, Tambur. sup. n. 15. & 18. &
cap. 13. n. 28. & seqq.

Quod si Pœnitens, in casu nostro,
bonâ fide accessisset, & animo satis-
faciendi cum primùm posset; videre-
tur fuisse validè absolutus, etiamsi
Confessarius nihil ab illo exegisset:
Quia tunc Pœnitens habuisset ex
parte

S. II. De Absolutione à Censuris. 249
parte suâ id quod q. 5. diximus suffi-
cere ex plurim sententiâ, atque adeò
satisfecisset menti Pontificis.

Q. 8. An possit absolvî Pœnitens, qui so-
lum satisfecit Monacho à se percuſſo, &
non ejus Abbativ vel Monasterio?

Respondent probabiliter affirmati-
vè Diana p. I. tr. II. R. 23. cum Avi-
lâ; Tamburinusc. 12. §. 4. n. 14. cum
Leandro & aliis, contra Bonacinam
De Censuris disp. 2. q. 4. pu. 5. n. 24. &
alios, citantes Filiucium afferentem
praxim sacræ Pœnitentiariæ. Horum
sententia omnino sequenda est, si in-
juria facta Monacho redundaverit in
Communitatem.

Q. 9. An possit absolvî, etiam si res sit
deducta ad forum contentiosum, & lis
nondum finita?

R. Affirmativè, cum Sanchez in
Decal. l. 6. cap. 17. n. 43. Henriquez
l. 8. cap. 60. n. 4. Sayro, &c. appro-
batis à Dianâ p. I. tr. II. R. 26. Gobat
n. 252. Quia Bulla concedit faculta-
tem absolvendi à censuris, sine restri-

L 5 Etio-

250 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
Etione ad occultas & non deductas
ad forum judiciale.

Q. 10. An absolutio ista valeat tantum
pro foro interno?

R. Affirmative. Habet enim Bulla,
in foro conscientiae. Et est communis
sententia, apud Dianam *cit. q. præc. &*
p. 5. tr. 9. R. 13. & praxis, apud Go-
batum *n. 245.* qui & particulam *tan-*
tum, quæ habetur post & hac vice, benè
ostendit referri etiam ad ly *in foro con-*
scientiae.

Imò etiamsi non apponaretur ex-
pressè ista particula *tantum*, docet
Layman *sup. c. 7. n. 6.* cum Covar-
ruviâ, Avilâ, & aliis, illam subintel-
ligendam, contra Medinam, Suarem
disp. 7. sect. 5. n. 21. Emm. Rodri-
quez, Filliucium, & alios, quos se-
quitur Gobatus *n. 277.* *Quia*, inquit
hic, *favores Jubilai sunt amplissimè in-*
terpretandi.

Talis igitur est absolutus coram
Deo, & verè liber à censurâ: poterit
tamen Judex Ecclesiasticus cogno-
scere

S. II. *De absolutione à Censuris.* 251
scere de delicto per absolutionem di-
missio, & imponere satisfactionem
competentem foro publico & con-
tentioso. Possit tamen etiam illam
ratam habere, si vellet, nec esset præ-
judicium tertii ; ut cum aliis notant
Præpositus q. I. n. 100. Layman sup.
c. 7. n. 7. Bonacina, &c. Vide Dianam
modò citat. Th. Tamburinum de
Cas. reserv. c. 13. §. 5. n. 38. & seqq. Go-
batum n. 274. & seq.

Q. II. An verba Bullæ, quibus dicitur
non dari potestatem dispensandi in aliquâ
Irregularitate, intelligantur de omni om-
nino Irregularitate ?

R. Existimat quidem Diana p. I.
tr. II. R. 27. & p. 10. tr. II. R. 22. pro-
babilem esse opinionem Aragonii ,
Cordubæ, Nugni, & aliorum, existi-
mantium non intelligi de irregulari-
tate quæ sit pœna, seu quæ sit ex deli-
cto: quia, inquiunt, ea irregularitas
est verè censura.

Sed contrarium tenendum , cum
Suarez, Avilâ, Filliucio, & aliis propè

L 6 innu-

252 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
innumeris (ait Tamburinus sup. n.
21.) & rectius : Quia Bullis confor-
mius, ait Gobatus n. 272. Vide Na-
varrum, Manualic. 27. n. 254. id pro-
bantem : Quia irregularitas non est
censura; neque absolutio ejus necessa-
ria est ad peccatorum absolutionem,
ob quam tamen datur facultas absolu-
vendi à censuris & sententiis Eccle-
siasticis : & Stylus Curiæ habet,
quod per facultatem absolvendi à
quibuslibet censuris & pœnis, non
intelligatur facultas dispensandi su-
per irregularitate. Vide & Molinam
to. 4. tr. 3. de Justitiâ commutativâ disp.
80. n. 6. & iterum Gobatum n. 450.

SECTIO XII.

DE COMMUTATIONE VOTORUM.

QUÆST. I. An, & quæ Votæ commu-
tari possint virtute Jubilæi ?
RESP. I. Confessarius ab Ordina-
rio approbatus, juxta superiùs dicta,
potest

S. 12. De Commutat. Votorum. 253.
potest commutare vota quælibet
quorumlibet Fidelium, exceptis vo-
tis Castitatis & Religionis, de quibus
sect. seq. Nullam tamen habet, vi Ju-
bilæi, facultatem dispensandi super-
ullo voto.

R. 2. Potest commutare vota etiam
juramenta firmata, atque adeò & ju-
ramenta soli Deo facta. Suarez to. 2.
de Relig. l. 6. c. 14. n. 6. 19. & seq.
Portel Dub. Regular. v. Voti commutatio.
n. 97. & 98. cum aliis, Diana p. I tr.
II. R. 43. & p. 5. tr. 12. R. 57. cum Ba-
silio Pontio; Gobat n. 286. & seqq.
Busenbaum, &c. Vide Sanchez in De-
cal. l. 4. cap. 53.

Imò non improbabiliter & quævis
juramenta, sine præjudicio tertii, pos-
se commutari ab eo qui habet facul-
tatem commutandi vota, docent et-
iam Alphonsus Mendezius in suâ
Theologia Catechetica l. 10. c. 8. n. 14.
Matth. de Moya tr. de Relig. disp.
I. q. 3. Tambur. in Decal. l. 3.
c. 7. §. 3. num. II. Gobat Theol.

L 7 ex-

254 P. 3. De Jubilao extraordinario.
experim. edit. anni 1681. tr. II. num.
508. &c.

R. 3. Possunt etiam commutari
promissiones factæ alicui Sancto, non
cogitando de Deo. Quia licet tales
promissiones non sint propriè vota,
ex sancto Thomâ, vulgo tamen so-
lent vota nuncupari; & proinde po-
test ad illas promissiones extendi pri-
vilegium commutandi quæcumque vo-
ta. Gobat de Jubil. n. 289. Vide eun-
dem de Sacram. tr. 6. n. 302.

Q. 2. An possint commutari etiam vo-
ta, facta in favorem tertii?

R. Negativè, si jam sint ab illo, vel
ab alio, ejus nomine, acceptata: Quia
fieret contra jus à tertio jam acquisi-
tum; secùs, si nondum sint acceptata.
Suarez sup. c. 15. n. 11. Sanchez in De-
cal. l. 4. c. 41. n. 13. Lessius de Justit.
l. 2. c. 40. n. 104. Castropalao disp. 2.
de Voto pu. 15. n. 2. &c.

Ad illam autem acceptationem
requiritur, præter promissionem deo
factam, etiam promissio facta tertio,
quæ

io.
um.
tari
non
ales
a ,
so-
po-
pri-
vo-
un-
va-
vel
gia
ifi-
ita.
De-
fit.
2.
em
peo
io,
uz

S. 12. De Commutat. Votorum. 255

quæ acceptetur. Vide prædictos Au-
thores.

Q. 3. An commutari possint in minus
a quæque?

R. Etsi commutatio dicat æquali-
tatem ; tamen probabiliter possunt
commutari in aliquid minus, dum-
modò non sit notabiliter minus.
Quod maximè verum est in sententiâ
probatorum Authorum docentium ,
voventem posse propriâ authoritate
vetum suum commutare in evidenter
æquale: alias enim privilegium esset
inutile; & credibile est, Papam dele-
gantem facultatem commutandi, vo-
luisse concedere aliquam benignita-
tem, & tacitè indulgere ut commu-
tationi admisceatur aliquid dispensa-
tionis. Bonacina in 2. Decal. præc. q. 2.
p. 7. §. 3. n. II. Emm. Rodriquez
Sum. 10. 2. c. 100. n. 4. & alii, quos se-
quitur Diana p. 1. tr. II. R. 40. & p. 3.
tr. 5. n. 25. &c. Quod etiam valdè pro-
babile censet Lessius n. 109.

Rectè autem observant Layman,
de

256. P. 3. De Jubilæo extraordinario.
de Voto c. 8. n. 24. Portel Dub. Regular.
p. Votis commutatio n. 43. & alii, stando
etiam in contrariâ sententiâ, non de-
bere Confessarios hac in re esse nimis
scrupulosos ; cum æqualitas in com-
mutatione votorum non debet esse
mathematica, sed moralis, ad arbi-
trium boni viri, seclusâ fraude & gra-
vi iguorantiâ.

Valebit etiam probabiliter com-
mutatio , etiamsi in multò minus,
dummodò vovens suppleat id quod
deest ad æqualitatem materiæ subro-
gatæ cum promissâ. Sanchez in Decal.
l. 4 c. 5 I. n. II. Diana p. 2. tr. 2.
miscell. R. 7. Tamburin. in Decal. l. 3. c.
16. §. 5. n. 9. &c.

Q. 4. An requiratur causa ad istam
commutationem ?

R. Non requiritur alia causa, quam
ea, ob quam Pontifex dictam facul-
tatem concedit, cum onere implendi
opera in Jubilæo præscripta , præter
illud in quod sit mutatio. Suarez sup.
c. 19. n. 10. Sanchez c. 50. num. 19.

Portel

S. 12. De Commutat: Votorum. 257.

Portel sup. n. 91. Trullenck Bull. Cruc.
l. 1. §. 7. c. 3. dub. 13. n. 6. Gobat n.
299. &c.

Verùm, ut observat Petrus à S. Joseph De 2. præc. Decal. sib finem, hoc in praxi non habet locum: quia petens commutationem semper habet causam; & levis sufficit etiam extra Jubilæum.

Q. 5. Ubi, quando, & quoties fieri possit ista commutatio?

R. 1. Potest fieri etiam extra confessionem, adeoque etiam ab eo, cui non cogitas confiteri: & quidem, licet in Bullâ haberetur, auditiseorum confessionibus: illa enim clausula afficeret tantum absolutionem à reservatis, non autem absolutionem à censuris, & commutationem votorum. Henriquez l. 7. c. 30. n. 6. Sanchez sup. 6. § 4. n. 16. Suarez, Layman, & alii, quos sequitur Bonacina sup. n. 16. Diana pluribus locis, Gobat num. 293.

Unde potest etiam fieri cum absente.

258 P. 3. De Jubilæo extraordinario.

fente. Tambur. sup. §. 4. n. 52. cum aliis.

R. 2. Potest fieri commutatio antequam quis ullum ex præscriptis operibus exequatur, dummodo habeat animum exequendi. Ita plerique, cum quibus Gobat n. 303.

Quod si deinde mutet animum, nec exequatur, tenet nihilominus commutatio. Suarez sup. c. 16. n. II. Sanchez, Portel, &c. Nec peccat graviter. Sanchez c. 54. n. 54. cum Henriquez, & aliis; Diana p. 2. tr. 2. miscell. R. 13. & alii, contra Suarem isto num. II. Portel v. Voti commutatio n. 52. sibi contrarium, v. Indulg. in Addit. n. 20. & alios. Vide suprà sect. 10. q. 5. de taliter absoluto à Casibus reservatis & Censuris.

R. 3. Potest fieri ista commutatio toties quoties, etiam novorum votorum, quæ emitteres durante Jubilæo. Henriquez l. 6. c. 16. n. 3. lit. O. Portel v. Voti commutatio, Addit. n. 101. Sanchez c. 54. num. 26. Trullenck sup.

S. 12. De Commutat. Votorum. 259

sup. dub. 9. n. 7. Vide sup. sect. 10. q. 2.

Q. 6. Quomodo facienda sit commutatio?

R. 1. Ab solutè, non autem sub conditione de futuro. Licet enim, per se loquendo, non peccaret commutans, qui diceret: *Commuto tua vota, dummodo exequaris opera in Bullâ præscriptas* (sicuti reverà graviter peccaret, qui ita absolveret à censuris aut à peccatis) tamen melius est non facere restrictionem, ubi non facit Papa, vel certè differre commutationem. Suarez cap. 16. n. 10. Gobat n. 296. Qui etiam singulariter notant, ne unquam Confessarius commutet sub conditione: *Si ipsam Indulgentiam fueris reipsâ consecutus: quis enim sciet unquam, se fuisse consecutum Indulgentiam?*

R. 2. Expedit sàpè, fieri commutationem in res quas Vovens solebat ex devotione facere. Non potest autem fieri cōmutatio in opera, ad quæ quis tenetur ex gravi obligatione.

Lessius

260. P. 3. De Jubilao extraordinario.

Lessius loco q. 2. citato n. 101. fine,

Gobat n. 302. Alloza v. Votum, sect. 4.

n. 52.

R. 3. Potest etiam fieri datâ optione Pœnitenti, ut ex pluribus propositis hoc vel illud faciat loco sui voti; modò hoc, modò illud; hoc, vel illo die, &c. Gobat ibid.

R. 4. Potest commutatio voti intra tempus Jubilæi ita fieri, ut tamen tunc non fiat actualis subrogatio in locum materiæ voto promissæ. Potest enim Confessarius dicere Pœnitenti: Ex nunc commuto tuum votum in opus quod tibi designabo post tres, quatuor hebdomadas. Sanchez sup. c. 54. n. 31. cum Rodriguez, Vivaldo, Sayro, &c. Diana p. 10. tr. 14. R. 27. Gobat num. 305, Alloza v. Votum, sect. 5. n. 35.

Imò potest Confessarius dicere: Commuto tuum votum in id quod talis vir doctus (etiam Laicus) censuerit committandum. Sanchez ibid. Lessius de Just. l. 2. c. 40. n. 109. Layman de Voto cap. 8. n. 27. ex Vivaldo; Trullenck

sup.

S. 12. De Commutat. Votorum. 261
sup. dub. 9. n. 1. Portelv. Indulgentia,
in Addition. n. 17. Gobat n. 305.

Neque peccabit Pœnitens contra
votum, etiam si ante substitutionem
materiæ fecerit contra prius votum:
Quia hujus obligatio jam cessat, seu
est translata in materiam subrogan-
dam. Sanchez. n. 32. Lessius modò
citatus, Castropalao tr. 24. pu. 12. §.
3. n. 7. Trullenck loc. cit. Gobat n.
306. contra Emman. Rodriquez, &
alios. Quæ doctrina sic intelligenda
est, ut dilatio substitutionis sit ratio-
nabilis, & nullo modo in fraudem.

R. 5. Potest etiam Confessarius
tunc non commutare, sed differre
commutationem in aliud tempus,
etiam si tempus Jubilæi transeat; si
velit maturius considerare commu-
tationis modum, &c. Suarez de Voto
l. 6. c. 16. n. 15. Sanchez sup. n. 33. Por-
tel num. illo 17. Castropalao n. 8. Dia-
na p. I. tr. II. R. 52. Trullenck n. 2.
Alloza v. Votum, sect. 5. n. 35.

Imò potest hoc facere Confessa-
rius,

262 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
rius, etiam si nullum in specie votum
intelligat. Si enim Pœnitens dicat, se
habere plura vota, quorum commu-
tationem petat, aut etiam quædam,
quorum jam non meminit; potest
Confessarius aliis negotiis impedi-
tus, aut aliâ de causâ, ei respondere:
*Illa vota mihi post exactum Jubilæum in-
dica, de illis conare reminisci, &c.* &
commutabo. Suarez *sup.* Sanchez n. 34.
& 37. Castropalao *sup.* Gobat n. 307.
dicens esse contra Suarez: sed mihi
certè videtur Suarez à nobis stare; &
verò etiam citatur à Bartholomæo
à S. Fausto, *Thesauro Religios.* c. 4. q.
62. idem quod nos tenente.

Rectè autem observat Suarez:
tunc oportere ut Vovens obtinuerit
Jubilæum: nam, quâcumque ex cau-
sâ id prætermiserit, eo ipso erit inhae-
bilis ad recipiendam postea commu-
tationem.

Quòd si Pœnitens memor sit se vo-
to ligatum, at immemor speciei, seu
materiæ ejus in particulari, nec etiam
CON-

S. 12. De Commutat. Votorum. 263
concesso longiori tempore possit ejus
meminisse; poterit Confessarius uti
prudenti arbitrio, & juxta modum
obligationis, & circumstantias oc-
currentes , commutare in aliquam
materiam. Suarez & Sanchez *ibid.*
Trullenck *sup. dub. 9. n. 3.*

Q. 7. An possit etiam commutari de-
bitum , seu pœna v. g. pecuniaria con-
tracta ex violatione voti pœnalis, ex. c.
de non peccando contra castitatem sub pœ-
nâ erogandi in eleemosynam quinque
aureos?

R. Affirmativè. Suarez l. 6. c. 20.
n. 19. Sanchez De Matrim. l. 8. disp. 15.
n. 14. & in Decal. l. 4. c. 52. num. 10.
Lessius de Justit. l. 2. c. 40. num. 108.
Malderus in 2. 2. tr. 10. c. 5. dub. II.
Filliucius tr. 26. num. 295. Diana p. r.
tr. II. R. 46. cum Joan. de la Cruz
& aliis; Petrus à S. Joseph, *De*
2. præc. Decal. fine.

SECTIO

SECTIO XIII.

DE VOTIS CASTITATIS ET
RELIGIONIS.

QUÆST. I. *Quot sint Vota Summo Pontifici reservata?*

RESP. *Quinque; scilicet Votum peregrinationis Romanæ; seu ad Luminæ Apostolorum: Compòstellanaæ; seu ad S. Jacobum; & Jerosolymitanæ, (quod vocatur Ultramarinum; sive sit in subsidium Terræ sanctæ, siue solius devotionis ad invisa loca sancta Jerosolymæ: de quo Sanchez in Decal. l. 4. c. 40. & 77. Lessius De Justit. l. 2. c. 40. n. 122.) Votum Castitatis & Religionis.*

Quare illorum dispensatio vel commutatio per nullam Bullam censetur concessa, nisi exprimatur. Quæ enim speciatim reservantur, ea specialem & expressam concessionem postulant; ut habes apud Layman

c. 8.

S. 13. De Votis Castit. & Relig. 265

c. 8. n. 7. Quando tamen Bulla concedit, ut solet in Jubilao, potestatem commutandi omnia vota, exceptis votis Castitatis & Religionis; hoc ipso dari potestatem commutandi vota triplicis illius peregrinationis, docet ipse usus & consensus Doctorum, fundatus in exceptione firmante regulam in non exceptis; de quo Sanchez sup.

n. 18. & 19.

Q. 2. Qualia debeant esse ista vota, ut censeantur reservata?

R. Quia votorum reservatio odiosa est, quippe quæ potestatem ordinariam restringit, & diminuit; ideo strictè interpretanda est, & intelligenda de votis certis, absolutis, & perfectis trium illarum Peregrinationum, Castitatis, & Religionis. Hinc varia speciatim referemus, cum probatis Authoribus, de votis Castitatis & Religionis: quorum non pauca, ut potè communia, usui etiam esse poterunt extra Jubilæum pro votis istarum Peregrinationum.

M

I. Null-

I. Nullum votum, de quo dubitatur an si reservatum, sive dubium sit juris, sive facti, est reservatum; ac consequenter potest illud commutare Confessarius vi Jubilæi, (& extra Jubilæum „ qui habet potestatem commutandi; & ita deinceps:) commutare, inquam, si nempe dubium non sufficiat ad excusandum votum à voti obligatione: si enim excusat, nullâ opus est commutatio-ne. Suarez c. 26. n. 5. Sanchez c. 40. n. 26. Layman c. 8. n. 14. Gobat tr. XI. qui est *De Voto* n. 330. Platelius p. 3. n. 812.

Et, quamvis postea deprehendatur certò fuisse reservatum, manebit tamen verè commutatum. Sanchez c. 44. n. 10. Lugo de Pœnit. disp. 20. n. 23. Tamburinus de exped. confess. l. 2. f. I. §. 4. n. 25.

II. Votum Castitatis, &c. ex metu levi injustè incusso, non est reservatum: quia non est perfectè liberum; adeoque est commutabile. Sanchez c. 40.

S. 13. De Votis Castit. & Relig. 267
c. 40. n. 30. Lessius c. 40. n. 127. Portel Dub. Regular. v. Voti dispensatio, Ad-
dit. n. 77. Diana p. I. tr. II. R. 73. Plat-
telius sup. & alii cum communiori
sententiâ Navarri, Angeli, Fumi,
Emm. Rodriguez, &c.

III. Votum Castitatis, &c. emis-
sum cum intentione se solum obligan-
di venialiter, non est reservatum.
Sanchez n. 47. Bonacina De Voto q. 2.
p. 7. §. 4. n. 20. Diana sup. R. 25. Al-
loza v. Votum, sect. 5. n. 28. Gobat De
Jubil. n. 316. & alii.

IV. Nec votum Castitatis, &c. con-
ditionale (nempe in futurum contin-
gens, aut conditione non existente
tacite) aut poenale; ut cum dixisti: Si
Deus hoc me periculo liberaverit, Si ite-
rum me inebriavero, voveo me servaturum
perpetuam castitatem, ingressum Reli-
gionem, &c. Idque non tantum ante
conditionem impletam, aut culpam
commissam, ut communiter admit-
tunt: sed probabiliter etiam post, ut
cum Ant. Gomezio, Petro de Ledes-

268 P. 3. De Jubileō extraordinario.
ma, & aliis, docent Sanchez De Ma-
trim. l. 8. disp. 10. num. 8. & 13. & in
Decal. l. 4 c. 40. num. 91. & 99. Portel
Dub. Regular. v. Confessor. n. 28. Mal-
derus in 2. 2. tr. 10. c. 5. dub. 10. Trul-
lenck in Decal. & in Bull. Cruc. Petrus
Marchantius Tribun. Sacram. to. 2. pag.
288. fine R. 2. Gordonus l. 6. q. 5. num.
82. Diana pluribus locis, & alii. Vide
& Lessium De Justit. l. 2. c. 40. n. 130.
& 131.

Et quidem, etiam si post impletam
conditionem confirmatum fuerit votum : Quia talis confirmatio cadit
supra votum à principio non absolu-
tum, sed conditionale ; atque adeò
nullam majorem obligationem addit
ad primum votum, sicque secundum
illud etiam est commutabile. Diana
p. 6. tr. 8. R. 16.

V. Nec est reservatum votum Ca-
stitatis, &c. alternativum seu disjun-
ctivum, cuius altera pars non est re-
servata ; ut, Voveo perpetuam Castita-
tem, aut perpetuam abstinentiam à carni-
bus;

bus; quando scilicet res est adhuc integra, quia scilicet, vovens nondum elegit partem reservatam. Nam juxta Regulam Juris 70. In alternativis elec^{tio est debitoris;} & sufficit alterum impleri. Sanchez cap. illo 40. n. 42. & 43. cum Suarez, Sayro, Azorio, Lessio n. 132.

Existimat tamen Malderus modò citat. etiam postquam elegisti partem reservatam, posse adhuc hanc commutari, si novo voto eam non elegaris. Et hanc sententiam multùm probabilem dicit Diana p. 1. tr. XI. R. 65. & iterùm cum Angelo Bossio, p. 5. tr. 12. R. 60. & tuetur Tamburinus in Decal. l. 3. c. 16. §. 4. n. 31. quia, inquit, sic votum remanet in primæva suâ naturâ; ergo non reservatum. Et hoc etiam docet Matth. de Moya tr. de Relig. disp. 1. q. 2. §. 2. fine.

Hanc sententiam censet Gobat n. 317. multùm alienam à communis sensu, non tamen improbabilem. Et esset reverà maximè probabilis, si partem

M 3 reser-

270. P. 3. De Jubilao extraordinario.
reservatam elegit sibi simplici tantum
proposito, & non cum voluntate te-
obligandi, seu potius, priorem obli-
gationem determinandi. Vid. Laym.
c. 8. n. 12. Castropalao De Voto disp. 2.
pu. II. n. 6.

Hoc certius: Si pars non reservata
reddatur impossibilis; ut, quia inci-
disti in gravem infirmitatem; partem
alteram non remanere reservatam:
Quia per accidens est; alteram non
posse eligi. Sanchez c. 40. n. 44. cum
Suarez; Layman n. illo p. 2. Castropa-
lao n. 6. Tambur. sup. n. 30.

VI. Votum Religionis, &c. emis-
sum sub aliquâ circumstantiâ acci-
dentali, reservatum non est quâ parte
illain circumstantiam spectat. Ut, si
voveris ingredi Religionem S. Fran-
cisci, strictiorem, hoc anno, &c. po-
test circumstantia illa commutari, ut
ingrediaris aliam Religionem, laxio-
rem, anno sequenti, &c. Manebit ta-
men votum ingrediendæ Religionis.
Sanchez c. 40. n. 74. cum Emm. Ro-
dri-

S. 13. De Votis Castit. & Relig. 271
driquez, Petro de Ledesma, Azorio,
Lessio, &c.

Idem est de voto exequendi statim votum Religionis: Quia est votum distinctum a voto Religionis Sanchez n. 76. Basil., Pontius De Matrim. l. 8. c. 8. n. 25. Castropalao. pu. II. n. 4.

Q. 3. Quale speciatim debeat esse Votum Castitatis, ut censeatur reservatum?

R. Debet esse perfectum & de castitate propriâ & perfectâ, seu, de totali & perpetuâ in futurum abstinentiâ ab omni voluntariâ delectatione venereâ, tam intra quam extra congium. Doctores communiter apud Gobat De Jubil. n. 312.

Hinc I. reservatum non est votum castitatis non perpetuæ, ut 10. 15. 20. annorum.

Censetur autem perpetuum votum castitatis 100. annorum; eò quod vita hominis presumatur non diutius durare. Sanchez c. 40. n. 49. Lessius n. 123. Trullenck Bull. Cruc. l. 1. §.

272 P. 3. De Jubilao extraordinario.

7.c.3. dub. 15. n. 7. Barthol. à S. Fau-
sto Thesauro Relig. l. 3. q. 71. &c.

Unde, si quis octogenarius vove-
ret se 20. annis servaturum castita-
tem, tale votum reservatis annume-
randum esse, verosimiliter infert Go-
bat n. 313. Trullenck *ibid.*

II. Reservata non sunt vota non
contrahendi in matrimonium, non for-
nicandi, non tangendi mulierem, non
petendi debitum conjugale; nec vo-
tum non petendi nec reddendi debi-
tum, factum de communi consensu
conjugum, Lessius *n. 123.* nec votum
permanendi in statu viduali, matri-
monii leges sancte servandi, seu casti-
tatis conjugalis, nisi hoc votum sit
annexum autoritate Pontificia Statu
Religioso, ut est hodie Statui E-
quitum militarium, præter Equites
sancti Joannis, qui absolutam castita-
tem vovent. Sanchez *c. 40. n. 50.*
Layman *c. 8. n. 8.*

III. Non est reservatum votum
Virginitatis servandæ, quando con-
stat

stat non esse omnimodæ castitatis, sed
solius corporis integratæ servan-
di, consistentem in abstinentiâ à pri-
mo actu, per quem virginitas deper-
ditur.

Dixi, quando constat; cùm scilicet
vovens expressè voluit non obligare
se ad totalem castitatem. Nam, si de
tali limitatione non constet expressè,
censetur votum perfectum & absolu-
tum castitatis, adeóque reservatum.
Sanchez n. 65. cum Azor, Sayro, Lef-
fio; Diana p. I. tr. II. R. 60. Trullenck
suprà. Vide tamen De Moya tr. de Re-
lig. disp. I. q. 2. §. 2.

IV. Votum Castitatis absolutæ ,
emissum à conjugé absque alterius li-
centiâ, matrimonio jam consumma-
to, non est reservatum, cùm non sit
omnimodæ castitatis. Sanchez cap.
40. n. 52. Diana sup. R. 82. Trullenck
n. 12. cum aliis.

Factum autem matrimonio non-
dum consummato, reservatum erit, si
nempe factum sit animo ingrediendi

M 5 in

274 P. 3. De Jubilao extraordinario.
in Religionem, ad illud implendum,
sciendo non esse aliud medium. San-
chez, Diana, Trullenck *ibid.* &c.

Idem dicendum, si conjux cum al-
terius licentiâ emiserit votum casti-
tatis, etiam post matrimonium con-
summatum, animo ingrediendi Reli-
gionem &c. Sanchez n. 54. Trullenck
n. 14. cum Ludovico à Cruce.

Quod si uterque conjux, communi
consensu, & per modum contractus,
castitatem vovisset; tunc esset reser-
vatum: quia absolutæ & omnimo-
dx castitatis. Navarrus, Henriquez,
& alii, quos citat & sequitur San-
chez *De Matrim.* l. 8. *disp.* II. n. 10. &
in Decal. l. 4. c. 40. n. 57. Sayrus l. 6.
c. H. n. 53. Diana R. illa 82. Trullenck
n. 16.

Recte autem monet Layman c. 7.
n. 15. fine, conjugibus, nisi senes sint,
non esse facile suadendum, ut perpe-
tuæ continentiae votum edant.

V. Votum assumendi Ordinem sa-
cram, non est reservatum: quia non
est

S. 13. De Votis Castit. & Relig. 275
est votum castitatis, sed votum assu-
mendi statum, cui annexa est castitas.
Diana R. 64. cum Henriquez, San-
chez, Fernandez, & aliis; sicuti nec
votum vovendi castitatem. Diana R.
76. Castropalao pu. II. n. 1. cum Sua-
rez, Sanchez, & aliis.

VI. Potest etiam commutari, quan-
do diversis votis varia ad castitatem
pertinentia sunt promissa, ita ut ex
omnibus illis junctis consurgat obli-
gatio ad perfectam castitatem. Ut, si
quis semel promiserit se non initurum
matrimonium, & iterum se non for-
nicatum, & iterum se nullum pec-
catum venereum admissurum. Quia
quodlibet horum est commutabile,
cum non sit reservatum: ergo & om-
nia illa simul. Nam Vota posteriora
se habent per accidens ad prius.

Hoc autem intelligendum est, nisi
id ultimum votum, quo castitas per-
fecta completur, consultò ille fecerit,
ut perfectâ castitate obstrictus ma-
neat. Tunc enim censetur priora

M 6 cum

276 P. 3. De Jubilao extraordinario.

cum hoc posteriori conjungere , &
velle perfecto castitatis voto se ob-
stringere. Sanchez c. 40. n. 68. & cum
eo Diana p. 1. tr. II. R. 67. Trullenck
num. 25. citans etiam Ludovicum à
Cruce.

Q. 4. Quale speciatim debeat esse Vo-
rum Religionis?

R. Debet esse absolutum & perfe-
ctum Religionis propriè & simplici-
ter dictæ.

Hinc I. Vota Religiosa , seu per
quæ sit quis verè Religiosus, ita sunt
reservata, ut à nullo saltem qui sit in-
ferior Summo Pontifice sint dispen-
sabilia aut commutabilia.

Idem dicendum de votis peculia-
ribus quarundam Religionum , an-
nexis Professioni seu Votis Religiosis
substantialibus, ut Voto vitæ quadra-
gesimalis in Ordine Minimorum ,
Votis quibusdam peculiaribus in So-
cietate J E S U , &c. Diana p. 6. tr. 8.
R. 34. cum Suarez, & aliis. Et de his
non est difficultas.

II. Vo-

II. Votum Religionis, scilicet, (ut communiter intelligitur) ingredienda, reservatum est, si sit propriè dicta Religio, hoc est, à Summo Pontifice approbata: nam Votum Religionis non approbatæ, non est reservatum.

III. Votum perseverandi in Religione, probabiliter commutari potest ex justâ causâ, v. g. propter austritates majores, quas experitur Novitius: est enim votum virtute diversum à voto ingrediendi Religionem. Unde tunc non commutatur votum Religionis, sed tantum qualitas adiuncta, quæ nullibi reservatur. Sanchez de Matrim. l. 8. disp. 15. n. 4. & in Decal. l. 4. c. 40. n. 75. Lessius De Just. l. 2. c. 41. n. 46. Fagundez in 2. præc. Decal. l. 2. c. 41. Malderus in 2. 2. tr. 10. c. 5. dub. 10. & alii, quos citat & sequitur Diana p. 1. tr. 11. R. 79 & p. II. tr. 8. R. 18. Trullenck in Bull. Cruc. Basil. Pontius De Matr. l. 8. c. 8. nu. 25. &c.

278 P. 3. De Jubilao extraordinario.

Q. 5. An commutari possint Juramenta
perpetuae Castitatis, & ingredienda Reli-
gionis?

R. Affirmant Tabiena, Petr. de Le-
desma, & alii, quorum sententiam
probabilem censem Diana p. 4. tr. 4.
R. 69. & p. 5. tr. 12. R. 59. & p. 10. tr.
14. R. 17. Tambur. in Decal. l. 3. c. 7. §.
3. n. 7. & alii apud Moyam rr. de Re-
lig. disp. l. q. 4. Quia in jure nullum
juramentum reperitur Pontifici reser-
vatum: neque ex eo quod vota sunt
reservata, sequitur quod sint & jura-
menta circa eandem materiam; cum
obligatio voti sit major obligatione
juramenti, ex S. Th. 2. 2. q. 82. a. 8.
quem plerique sequuntur.

Negant esse commutabilia, Caje-
tanus, Sorus, Toletus, Valentia, Sua-
rez l. 6. de Voto c. 14. n. 12. Fagundez
sup. c. 42. n. 4. fine Layman l. 4. tr. 3.
c. 11. n. 4. & 8. Turrianus Select. disp.
pag. mihi 183. Moya sup. Portel dub.
Regul. v. Voti commutatio, Platelius p.
3. n. 825. & alii communius. Quia
ejus-

S. 13. De Votis Castit. & Relig. 279
ejusmodi juramenta includunt Vo-
tum, seu promissionem Deo factam:
sicutem in Jure, juramenta pia æquipa-
rantur votis.

Sanchez De Matr. l. 8. diff. 13. & in
Decal. l. 3. c. 19. n. 6. mediâ quasi viâ,
tenet, regulariter & ut plurimum
hæc juramenta esse reservata: quia re-
gulariter includunt votum, seu pro-
missionem Deo factam, atque adeò
fortius obligant quàm vota; at non
esse reservata, si promissionem Deo-
non includant: ut, si quis non respi-
ciens Deum, quasi volens ei aliquid
in ejus obsequium offerre, sed solum
eum afferre intentem intendens, v. g.
ex indignatione quòd non sit adeptus
dignitatem, aut nobiles nuptias quas
prætendebat, juret se ingressurum
Religionem.

Sanchezium sequitur Malderus in
2. 2. tr. 10. c. 6. dub. II. & quidam alii
apud Moyam ^{sup.} qui ab illis se non
dissentire dicit, casu quo detur ju-
ramentum de re futurâ, v. g. castitate
fer-

280 P. 3. De Jubilao extraordinario.

servandâ, quod promissorium simpli-
citer non sit: Casum autem illum non
admittit, saltem regulariter loquen-
do, quidquid sit de possibili.

Q. 6. Quæ regula servanda in commu-
tationibus Votorum?

R. Nulla certior regula dari potest,
quam prudens arbitrium Confessarii,
qui expensis omnibus circumstantiis
personæ, naturæ, & finis voti, &
qualitatem vel quasi, in Domino
constituat.

Generaliter igitur observet in pri-
mis, ut commutatio voti fiat in rem,
maximè, quoad potest, conducibilem
ad finem, ad quem votum fuerat e-
missum, & ut cedat in majus emolu-
mentum spirituale; moneatque
transferri obligationem in rem sub-
rogatam: posse nihilominus redire ad
priorem voti materiam.

Generales quasdam Regulas affert
Suarez to. 2. de Relig. l. 6. c. 19. San-
chez etiam particulares circa plura
vota, in Dicat. l. 4. c. 59. Tamburinus
in

S.14. De Pœnitentiâ, & Indulg. 281
in Decal. l. 3. c. 16. §. 6. Gobat De Ju-
bilæo c. 42.

SECTIO XIV.

DE POENITENTIA, ET INDUL- GENTIA.

QUEST. UEST. 1. An, & qualis Pœnitentia,
seu Satisfactio, à Confessario tempo-
re Jubilæi injungenda?

RESP. Omnidè injungenda est ali-
qua. Tum quia Bulla generatim &
absolutè dicit, injungendam esse pœ-
nitentiam salutarem: tum quia Sa-
tisfactio, ex Conc. Florentino & Tri-
dentino, est intrinsecè constitutiva
Sacramenti Pœnitentiæ, non quidem
pars essentialis, sed pars integralis
tantum. Potest tamen injungi minor,
quam extra Jubilæum.

Q. 2. Quæ Indulgentia concedatur in
Jubilæo?

R. Indulgentia plenaria, seu ple-
nissima, ut habet Bulla, omnium pec-
cato.

282. P. 3: De Jubilao extraordinario
catorum; id est, ut Bonifacius VIII.
interpretatus est. (teste Glossatore,
qui tunc aderat præsens, ipsius Extra-
vagantis, Antiquorum, de Pœnit. & re-
mission.) tanta, quanta ullo modo de po-
testate clavium dari potest; atque adeo
datur relaxatio omnis pœnæ tempo-
ralis pro peccatis actualibus jam di-
missis debitæ non solum in foro Sa-
cramentali, sed etiam debitæ in foro
Dei, seu in Purgatorio; ut docet S.
Thomas in 4. dist. 20. q. 1. a. 3. que-
stiunc. i. & est communis & certa Do-
ctorum sententia; teste Cardinalis
Lugo De Pœnit. disp. 27. n. 7.

Q. 3: An semper obtineatur Indulgen-
tia illa plenaria à perficiente opera præ-
scripta?

R. Affirmative, si opera ritè perfi-
ciantur; S. Th. modò citat: Joanues
Major q. 2. Paludanus q. 4. sub finem;
Suarez in 3. p. ro. 4. disp. 52. sect. 8. Fil-
liucius tr. 8. n. 164. Castropalao pu. 9.
n. 18. & 19. citans etiam Emm. Ro-
driguez, Cordubam, Graffium, Bo-
nae

S. 14. De Pœnitentia; & Indulg. 28.
nacina; Gobat De Jubil. c. 18. & De
Indulg. c. 19, &c. Nempe Indulgentia
est liberalis remissio, desumpta ex in-
finito thesauro meritorum & satisfa-
ctionum Christi & Sanctorum. De
quo pluscula pag. 19. & seqq.

Meretur tamen haud dubie plus
(ceteris paribus) ex opere operantis
is, qui praescripta opera diligentius &
ferventius perficit, ex generali Theo-
logorum doctrinâ de Merito: & tu-
tius etiam totalem effectum Indul-
gentiaz consequitur, nonnullis Theo-
logis aliquam inæqualitatem illius
agnoscentibus, in diversitate devo-
tionis operibus peragendis. Vide Di-
castillo De Pœnit. Append. de Purgat.
n. 140.

Q. 4. An Indulgentiam plenariam lu-
cretur, qui retinet affectum erga aliquod
veniale?

R. Lucrari Indulgentiam plenariam
aliorum omnium peccatorum, sed
non istius venialis: Non enim dimit-
titur pœna, nisi prius dimissa fuerit
culpa.

284 P. 3. De Jubilæo extraordinario.
culpa. Bellarminus l. 1. de Indulgentiis
c. 13. Layman c. 6. n. 2. Gobat De In-
dulg. n. 278. Busenbaum, &c.

Q. 5. Quâ parte temporis, quo durat
Jubilæum, lucretur quis ejus Indulgen-
tiam?

R. Eâ parte temporis, seu momen-
to, quo ultimum ex requisitis operi-
bus completur, si quidem tunc sit in
statu gratiæ. Nam *Conditionalis dispo-*
sitio, statim post impletam conditionem
suum sortitur effectum, & non ante. L.
Cedere diem, ff. de verb. signific.

Quòd si tunc non lucretur, nun-
quam aliàs istam Indulgentiam lucra-
bitur, nisi fortè vera sit sententia,
quam aliqui tenent, reviviscere In-
dulgentiam amoto obice: quâ de-
re vide dicta P. 1. sect. 3. q. 7.

Collige: si ultimum opus sit jeju-
nium, obtinebitur Indulgentia me-
dio noctis terminante diem jejunii,
etiam si ante collatiunculam vesper-
tinam incidisset in phrenesim, vel in
somnum durantem ultra medianam
noctem.

S. 14. De Pœnitentiâ, & Indulg. 285
noctem. Neque enim requiritur ut
habeat usum rationis tunc, quando
effectum Indulgentiæ consequitur :
sed satis est quod antè habuerit, &
compleverit opera non retractatâ vo-
luntate. Lugo De Pœnit. diss. 27. n. 79.
Diana p. 5. tr. 12. R. 4. fine, Gobat De
Indulg. n. 144.

SECTIO XV.

DE CONTINGENTIBUS TRANSACTO JUBILÆI TEMPORE.

QUÆST. I. An possit Confessarius uti
potestate concessâ per Jubilæum, et-
iam transacto tempore?

R. Non potest circa Pœnitentem,
qui Jubilæum non obtinuit, seu opera
ad ejus consecutionem injuncta non
præstitit, ut docent omnes.

Potest verò circa eum qui obtinuit,
&c. Jubilæum enim obtentum dat
ius omni tempore etiam post Jubi-
læum, eligendi Confessarium pro
iis

5286 P. 3. De Jubilao extraordinario.

iis gratiis acquirendis, quæ tempore Jubilæi obtineri poterant, & tamen non sunt obtentæ; ut ex Suarez De Sacram. Pœnit. disp. 31. sect. 4. n. 20. a gente de absolutione à peccatis & censuris, tradit Sanchez De Matrim. l. 8. disp. 15. n. 17. &c in Decal. l. 4. c. 54. n. 39. & tanquam fundamentum plurium resolutionum ponit Gobat De Jubil. n. 242.

Et talis videtur esse mens Pontificis: quæ colligi potest ex tenore verborum Jubilæi, quibus tantum operibus injunctis præscribit tempus, in quo exequenda sunt, non autem favoribus Jubilæi, ut absolutioni à reservatis, &c. sicut bene observat Sanchez ibid. Castropalao de Indulgentijs p. 12. §. 3. n. 9. & alii.

Idem proportionaliter dicendum, scilicet acquisitum esse illud jus, etiamsi Jubilæum nondum sit obtentum, seu nondum fuerint facta omnia opera, sed tantum inchoata, & legitimate prorogata, juxta superius dicta.

Hinc

S. 15. De Contingent. post Jubil. 287

Hinc potest Confessarius absolve-re à reservatis, etiam longo tempore post obtentum Jubilæum, aut patrata tantum aliqua opera in ordine ad illud obtainendum, &c. Ut,

I. Si cœpisti confiteri tempore Ju-bilæi, & distulit Confessarius ex justâ causâ absolutionem; poterit, trans-acto Jubilæo, te absolvere ab omni-bus peccatis, censuris, uti & com-mutare vota, sicut poterat tempore Jubilæi.

II. Similiter poterit te absolvere à reservatis, ex oblivione inculpabili in confessione tempore Jubilæi factâ omissis. Sà v. *casus reservatus*, nu. 7. Suarez, Sanchez, Lessius l. 2. de *Justit.* c. 40. n. 109. Layman, *Lugo de Pœnit.* disp. 20. n. 99. &c alii communiter, cum Paludano, Navarro, &c.

III. Idem dicendum, si omisisti ex justâ causâ, v. g. ad vitandum grave-damnum, quod tibi vel alteri, ex con-fessione peccati reservati, prudenter timebas. *Lugo* n. 116. *Diana p.* 3. tr. 4.

R, 150

288. p. 3. De Jubilæo extraordinario.
R. 150. fine, cum Homobono & aliis;
Alloza v. Indulgentia , sect. 4. n. 34.
Gobat n. 263.

IV. Idem dicunt circa commutatiohem votorum; nempe, si oblituses illam petere tempore Jubilæi, posse Confessarium etiam longo post tempore commutare: id, inquam, dicunt Henriquez l. 7 c. 11. n. 4. Sayrus l. 6. c. 12. n. 17. Lessius, Sanchez, Castropalao suprà, Portel v. Indulg. & Jubil. tit. 2. n. 7. Diana p. 5. tr. 12. R. 40. Bartholom. à S. Fausto l. 4. q. 65. Gobat n. 243. (qui dicit, sæpius id se praticasse, etiam pluribus post Jubilæum annis, & commodè quidem, cùm ad commutationem faciendam vi Jubilæi, non requiratur tam gravis causa, quàm ad faciendam vi Privilegiorum Apostolicorum) & alii, contra Suarez to. 2. de Relig. l. 6. c. 16. n. 14. & 15. Filliucium tr. 8. n. 279. Layman, Bonacinam, &c.

V. Imò etiam poterit fieri ista commutatio votorum, etiamsi tempore Jubil-

S. 15. De contingent. post Jubil. 289

Jubilæi nolueris illam petere; ut expressè tradit Sanchez c. illo 54. n. 40. Lessius sup. Portel v. Indulgentia pro Jubilæo, n. 18. Barth. à S. Fausto q. 86. Gobat etiam n. 309. &c.

Q. 2. An, quando Confessio perficitur post tempus Jubilæi, possit Confessarius absolvere tunc à reservatis, commissis post tempus Jubilæi?

R. Negat Lugo diss. 20. n. 134. cum Sanctarello, Alphonso de Leone, &c. quibus, tanquam aliquantò probabilius sentientibus adhæret Gobat n. 268. Quia licet propter causam jam inceptam prorogetur jurisdictio; prorogatur tamen illa sola jurisdictio, quæ priùs concessa fuerat, & ad eadem facienda: prior autem jurisdictio fuerat ad absolvendum à peccatis & censuris contractis ante aut intra tempus Jubilæi, & non ad aliud. Atque istud certum sibi videri, dicit Georgius de Rhodes §. 6.

Affirmat tamen Bartholomæus à S. Fausto tr. de Jubil. apud Dianam p. 3.

N

18.4.

290 P. 3. De Jubilæo extraordinario.

tr. 4. R. 147. qui ejus sententiam probabilem putat, ut & ipsi Sanctarellus & Alph. de Leone. Quia, inquit Bartholomæus, per illam dilationem intendit Pontifex inducere Pœnitentes ad lucrandum Jubilæum. Sed qui de consensu v. g. Confessarii confessionem distulit, non potest lucrari Jubilæum, quin priùs ab illis absolvatur, Ergo &c. Deinde cùm Jubilæum sit Principis beneficium, nulli præjudiciale, sine aliquo textu & validâ ratione non est restringendum.

Et hanc sententiam tenent etiam Boffius & alii apud eundem Dianam p. 5. tr. 12. R. 27. & p. 11. tr. 2. R. 54. & 55. Et Lugo ipse n. 138. favet non parùm huic sententiæ; quòd nempe fuerit quædam prorogatio Jubilæi facta à Confessario differente absolutionem in aliud tempus: unde negativam suam sententiam fundat maximè in tenore Bullæ Jubilæi ab Urbano VIII. concessi anno 1636. in quâ non videbatur concessa commutatio vel prorogatio

Com.

S. 15. De contingent. post Jubil. 291

Confessionis & Communionis, ut in
aliis Bullis. Utitur autem illâ Bullâ,
quia omnium novissima respectu ip-
sius scribentis, ut habet disp. 27.n.104.

Q. 3. An possint etiam runc commutari
vota, à tali Pœnitente post Jubilei tempus
emissa?

Respondet, consequenter ad mo-
dò dicta, Affirmativè Diana p. 5. tr.
12. R. 27. cum Angelo Bossio. Affir-
mat etiam Pourié p. 2. c. 3. n. 2. Quia
respectu illius Pœnitentis prorogatum
est Jubilæum, seu facultas obtinendi
favores vi Jubilæi concessos.

Q. 4. Quid, si Titius tempore Jubilæi
non fuerit confessus, eò quòd non videbatur
sibi conscius ullius peccati mortalis, imple-
vit tamen cætera in Jubilæo præscripta; An
postea memor peccati reservati, poterit ab
eo absolvî?

R. Retentâ sententiâ admodū proba-
bili, docente in Jubilæo non requiri
confessionem nisi mortalium, (de quo
sect. 7. q. 1.) dicendum subinde est, inquit
Tho. Sanchez de Matrim. l. 8. disp. 15.

N 2

n. 19.

262 P. 3. De Jubilæo extraordinario.

n. 19. & in Decal. l. 4. c. 54. n. 41. posse
transacto Jubilæo à peccatis reservatis
oblitis absolutionem, votorum com-
mutationem, & alia, si quæ sit in Ju-
bilæo concessa, obtinere.

Ratio est: Quia, ut antè diximus,
Jubilæum semel obtentum dat jus om-
ni tempore eligendi Confessarium
pro iis, quæ usque ad finitum Jubilæi
tempus concessa erant. Et ita etiam
censet Lugo *disp. 20. n. 102.* Tenent
& Sanctarellus & Alphonſus de Leo-
ne, quorum opinionem censet proba-
bilem Diana p. 3. tr. 4. n. 150. quita-
men, teste Lugone, non benè adducit
Sanchez & Suarez quasi absolute ne-
gantes. Tenent etiam Bartholomæus
à S. Fausto *Thesauro Religios.* l. 4. c. 67.
Cotonius apud Gobatum n. 243. Di-
castillo *De Pœnit. disp. 11. n. 164.* &c seqq.
Raymundus Bonal *tr. 26. lech. 53. n. 4.*
affert sententias affirmantem & ne-
gantem; neutram improbat.

Q. 5. Quid, si Titius confessus quidem
fuerit cum intentione perficiendi opera, sed
non perfecorit?

R. Pote

S. 15. De contingent. post Jubil. 293

R. Poterit quidem elapso Jubilæo
dari illi absolutio à reservatis; non ta-
men commutatio votorum; ut dictum
est scđt. 10. q. 6. quam recole: & præ-
ter Authores ibi citatos, ita etiam do-
cet Pellizarius tr. de Monialibus, c. 9. n.
21. §. Moneo 15.

Q. 6. A quo Sacerdote potest dari abso-
lutio reservatorum, & commutatio voto-
rum, iis casibus, quibus dictum est posse
dari in finito tempore Jubilæi

R. A quolibet simplici Confessario
communem jurisdictionem habente,
ut loquuntur Suarez, Sanchez, & alii;
séu, à quolibet Sacerdote communem
jurisdictionem habente in mortalia, ut
loquitur Lugo cum aliis; & est com-
munis sententia.

Atque hîc finis esto Enchiridij
quod ejus, cuius solius est Jubi-
læum concedere, supremi in Eccle-
siâ Catholicâ Pontificis, judi-
cio humillimè submitto,

